



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Quartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Statu Monachorum, & Canonicorum Regularium. Tit. XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

- 2 Pralatis & Clerici habentes qualiacunque beneficia exigentia residentiam nequeunt longa Peregrinationis in suorum Ecclesiarum praediticium vergentis voto se adstringere.
- 3 Pralatis licet olim erat cum omnibus generaliter concedebatur aditus in Terram sanctam, emittere votum eundi in subsidium Terra Sancta, illudque exequi eriam inconsulto Pontifice tenebantur, hodie vero cum is aditus non paterat, necessaria est Pontificis licentia.
- 4 Pralatis Regularibus officio prædicandi fungentibus, non autem simplicibus Religiosis, integrum fuit olim votum eundi in subsidium Hierosolymitanum emittere, ac exequi sine superioris licentia.

CAP. Postulastis. XI. & vlt.

Honor. III.

Regulares superiores Crucis signati poterant ex voto dimissis idoneis procuratoribus adire Terram sanctam, & secundum ferre vigesimam debitam, si tamen erant utiles verbo, exemplo, & consilio, & eorum abfrenia Ecclesiæ non enorimter lacerdenter. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Holt. Henric. Anch. Panorm. Viu. in ratione lib. 3. iuris Pontif. pag. 325. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 49. remissiū Ximen. in concord. p. 2.

2 Per absentiam vestram enormiter non lacerantur.] Eg. Praelati, & Clerici habentes qualiacunque beneficia exigentia residentiam nequeunt longa peregrinationis in suorum Ecclesiarum praediticium vergentis voto se adstringere, ut per Azot. infit. moral. p. 1. lib. 1. c. 26. q. 3. Sanchez in precepta Decalogi, tom. I. lib. 4. c. 25. n. 44. & 49. Fr. Emman. in summ. p. 2. c. 90. n. 5. Sayr. in clavi Regia, lib. 6. c. 5. n. 25. Soar. de Relig. tom. 2. trah. de voto, lib. 3. c. 4. n. 10. nouē Barth. & S. Faust. in thesauro Religiosorum, lib. 1. q. 342.

3 Potestis, & tenemini votum peregrinationis implere.] Olim quando omnibus generaliter concedebatur aditus in Terram sanctam, licet olim erat Praelatis emittere votum eundi in subsidium Hierosolymitanum, illudque exequi inconsulto Romano Pontif. tenebantur, videnter Richard. in 4. dist. 38. art. 4. q. 2. Rosell. in sum. verbo votum 2. n. 16. At cum hodie is aditus non patet, necessaria est Pontificis licentia, Angel. verbo votum 2. n. 2. Sylvest. eod. verbo 3. q. 2. Azot. d. q. 3. Soar. de Relig. tom. 2. trah. de voto, lib. 3. c. 4. n. 12. Sanch. d. 4. c. 25. n. 45. Et ita olim integrum fuisset solis Praelatis Regularibus officio prædicandi fungentibus votum eundi in subsidium Hierosolymitanum emittere, ac exequi sine superioris licentia, ac subinde ab illo non posse irritari, resoluunt Abb. in presenti, num. 2. Rosell. dicto verbo votum 2. num. vii. Sylvest. eod. verbo 3. q. 4. hinc inferentes id non esse licitum simplicibus Religiosis; quoniam illos id votum emittere, atque exequi abflece Abbatis licentia posse, nec Abbatem illud irritare valere teneant in presenti. Ioan. Andr. n. 2. Holt. n. 1. Anch. n. 5. & Anan. n. 2. & in cap. ex multa, hoc. it. Holt. num. vii. Butr. n. 11. Anch. in fine, & Ioan. Andr. n. 6. in fine.

Barbos. Collect. Tom. II.

De Status Monachorum, & Canonorum Regularium.

TIT. XXXV.

S U M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 S. Basili.
- 3 S. Benedicti.
- 4 Cluniacensium.
- 5 Camaldulensium.
- 6 Fontis Coryli.
- 7 Vallis Umbrosæ.
- 8 Grandimontensium.
- 9 Carthusianorum.
- 10 Cisterciensium.
- 11 Montis Virginis.
- 12 Sylvestrinorum.
- 13 Caletinorum.
- 14 S. Ambroſij ad nemus.
- 15 Oliuetanorum.
- 16 S. Hieronymi per Hispaniam.
- 17 S. Hieronymi in Pisis.
- 18 S. Hieronymi in Fessulanis.
- 19 Doctores referuntur de Canonici Regularibus.
- 20 Canonici Regulares instituti ab Apostolis.
- 21 Lateranenses.
- 22 S. Fridiani.
- 23 S. Ruffi.
- 24 Aroaſia.
- 25 S. Vitoris.
- 26 Premonstratenses.
- 27 Mantuanii.
- 28 Spiritus sancti apud Venetos.
- 29 S. Sepulchri.
- 30 S. Crucis Comimbricensis.
- 31 Vallis viridis.
- 32 VV indeſemenses.
- 33 S. Salvatoris.
- 34 S. Georgij in Alga,
- 35 S. Petri de Monte Corbulo.

Monachi.
Canonic Regulares.

VPER hanc rubr. scripserunt Zabareli, Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Panorm. Guillelm. Durand. in breviario aureo fol. 109. Ioan. de Londris in breviario sanctorum Canonum, fol. 176. verso. Petr. de Ratenna in compendio iuris Canon. Martin. McNatt. in epistole Decret. fol. 134. verso. Dan. Venator in analysi method. iuris Pontif. à pag. 481. Goffred. & Holt. in summ. huius tit. Alex. Callan. & Anastas. Germon. in paratitlis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit. nouē Barthol. Carthagena in expositione titulorum iuris Canon. sub eod.

Monachorum.] Monachales congregations hodie plures numerantur in Ecclesia Catholica, & inter omnes primum locum obtinet Religio Sancti Basili ab eodem Sancto Basilio Magno instituta anno 369. Pontifice Felice II. Imperatore Juliano apostata; crevit maxime hæc familia per Orientem, translatæ est etiam ad Occidentem, vbi adhuc durat. Veſtuntur Monachi nigro colote, habent Monasterium prope Romanum in loco, qui appellatur Grotta ferrata. De hac Religione agunt Sanctus Antoninus 2. part. hist. tit. 15. cap. 12. Callanus in catalogo gloriæ mundi, part. 4. confid. 5. 4. D. 2. Paul.

BIBLIO
TUS CAN

2. 13.
C. VI

318 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Paul. Morigia de origine Relig. lib. 1. cap. 16. Hieron. Roman. de Republ. Christiana, lib. 6. c. 6. Plato de bono statu Religiosi, lib. 2. cap. 22. Sylvestr. Marul. in Oceano Religionum, lib. 1. Azor. inst. moral. part. 1. lib. 12. cap. 21. quest. 2. Fr. Ludouic. Miranda in manuali Prel. tom. 1. quest. 4. art. 1. Soar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 1.

3 Sancti Benedicti Religio ab eodem Sancto instituta fuit anno 500. Pontifice Symmacho, Imperatore Occidentis Theodosio, Orientis Anastasio. Monachorum illius habitus notus est, tunica, scapulare, cuculla, siue chlamys, omnia ex nigro colore cum corrigia fibulata. De hac Religione agunt latè Barnabas de Montalvo, & Bernard. de Britto in chronic. Cisterc. Anton. Yepes in chronic. Sancti Benedicti, S. Antonin. 2. part. histor. tit. 15. c. 12. Cassan. in catalog. p. 4. confid. 50. Virgil. Polyd. de invent. rerum lib. 7. c. 2. Plato de statu Relig. lib. 2. cap. 22. Marquez de vera origine Erem. Sancti Augustini, c. 1. §. 1. cum seq. Fr. Emmanuel. quest. Regular. tom. 1. quest. 3. art. 2. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 21. quest. 2. Carol. Tapia in auctor. ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo Monasteria, Fr. Ludou. Miranda in manuali Prelatorum, tom. 1. q. 4. art. 2. Soar. tom. 4. de Relig. tract. 9. cap. 2. per totum. Hodie Religio S. Benedicti diuina est in quinque celebriores Congregationes à se innicem independentes. Prima est Itala, quæ nunc dicitur Montis Cassini, antea dicebatur Sanctæ Justine de Padua, incepit anno 1408. habet per Italianum plusquam 66. Monasteria. Secunda Germanica appellatur Bursfeldensis à Monasterio Sancti Thomæ Apostoli, & sancti Nicolai Episcopi in Bursfeldia, diocesis Moguntina, ceperit anno 1420. Floret per vtramque Germaniam, habet plusquam 150. Monasteria. Tertia Gallica dicitur Calaisi Benedicti à Monasterio in eo pago fundato, incepit anno 1516 habet ad decem Monasteria Religiosorum, quinque totidem seminarium. Quarta Hispania dicitur Vallisoletana à Monasterio in ciuitate Vallisoleti erecto Congregationis capite, incepit anno 1520. habet plusquam 40. Monasteria. Quinta Lusitana, reformationis caput et Monasterium S. Martini de Tibæs in Interamneni regione non longe à Bracchara Occidentem versus, incepit anno 1549. continet plus minusve viginti virorum Monasteria, nam Monialium plura sunt, sed Ordinariis subiecta. Militant sub regula S. Benedicti ultra Militares Religiones, frequentes familiae omnes à Monachis ipsius instituta, Cluniacensis, Camaldulensis, Vallifimbrosa, Cisterciensis, Fontis Ebraldi, S. Guillielmi Vercellensis, S. Guillielmi Duci Aquitanus, licet à principio habuerit regulam S. Augustini, Gelbertina, Humiliatorum, Floriacensis, Vallis Caciellum, Sylvestrina, Cælestina, Oliuetana. Habet Religio S. Benedicti Roma celebre Monasterium S. Pauli extra muros, & festum eiusdem S. Benedicti celebrat 1. Martii.

4 Cluniacensium Religio sic dicta à primo eius monasterio Cluni in diocesi Matisconensi in Gallia instituta fuit à Sancto Odone Monacho Benedictino anno 910. Pontifice Anastasio, Imperatoribus Occidentis Conrado, Orientis Leono V. vestiuntur Monachi eodem habitu, quo Benedictini. Agunt de hoc ordine S. Antonin. p. 2. tit. 15. cap. 12. §. 2. Hieron. Roman. lib. 6. cap. 9. Sylvestr. Marul. d. lib. 1. Fr. Emmanuel. d. tom. 1. quest. 4. Miranda d. quest. 4. art. 2. Soar. dict. tract. 9. lib. 2. cap. 3. num. 1. Festum Sancti Odonis 18. Novembris.

5 Camaldulensem Ordo, sic dictus à Valle Camaldula in Tuscia non longe à Florentia inter Apennini inga, institutus fuit à S. Romualdo, Monacho Benedictino sub regula Sancti Benedicti anno 967. Ponti-

*fice Ioanne XIII I. Imperatoribus Occidentis Otto ne, Orientis Nicephoro Phoca. Vestiuntur Monachi albo colore, tunica, scapulario, & pallio, item galero albo. Habent Roma Monasterium ad Sanctum Gregorium in Monte Celio, ad Sanctum Antonium Abbatem. Est & alia familia Camaldulensis reformata, quam appellant *Montis corona*, instituta à nobili quodam Veneto Monache Camaldulensi Paulo Infiniano anno 1520. Pontifice Leone X. Imperatore Carolo V. Solymano tyranno Orientis, utuntur eodem ferè habitu, sed viliori, habent Roma Monasterium ad S. Leonardum. De familia Camaldulensi agunt ex professo Augustinus Florentinus Camaldulensis per totum lib. historiae Camaldulensis, Sylvanus Roizius de sacra Eremo Camaldulensi. Ioan. de Caftaua in historia S. Romualdi, S. Antonin. part. 2. tit. 1. cap. 15. Cassan. in catalog. p. 4. confid. 54. Sylvestr. Marul. in Oceano, lib. 2. pag. 101. Morigia lib. 1. c. 25. Illefc. lib. 4. historia Pontif. pag. 75. Hieron. Roman. de Republ. Christ. lib. 6. c. 9. Plato de bono statu Relig. lib. 2. c. 22. Fr. Emmanuel. quest. Regul. tom. 1. q. 3. art. 3. Azor. p. 1. lib. 12. c. 21. Fr. Ludou. Miranda tom. 1. q. 4. art. 2. Soar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. c. 3. ex n. 7. Festum S. Romualdi 7. Februarij.*

Fontis Coryli congregatio à loco nomen sortita, qui extat in monte Apennino in radicibus Montis Catini Orientem versus, quatuordecim milibus passuum distans à Lugubrio proper cimitatem Caliensum Ducatus Urbinii, instituta à Landolfo monacho Benedictino, & sub regula S. Benedicti anno 1080. Pontifice Ioan. X VIII. Imperatoribus Occidentis Henrico II. Orientis Basilio & Constantino; incepit habitare hanc solitudinem venerabilis Monachus Petrus Damascenus Benedicto IX. Pontifice, nec defunt aliqui, qui illum huius Congregationis faciant auctorem. Hi Monachi, qui hodie ferè non extant, vtebantur eisdem vestibus, quibus Benedictini, mutato colore nigro in album. De hac familia membrorum agentes de vita B. Petri Damiani, & præcipuus Constantinus Caietanus in initio primi tomis operum eiusdem, Arnold. de ligno vita, lib. 2. c. 9. Petracch. et. lib. 2. c. 17. de vita solitaria, Morigia lib. 1. c. 58. Sylvestr. Marul. in Oceano, lib. 2.

Vallis Umbrofa Religio nomen sortita est à Valle densissimis arboribus constituta prope Florentiam instituta à Sancto Ioanne Gualberto monacho Benedictino, & sub regula Sancti Benedicti anni 1080. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico I V. Orientis Alexio Comneno. vntus monachi nigris vestibus eisdem artificij atque Benedictini, Italiani non egrediuntur, & habent Roma monasterium ad S. Praxedem. De hac familia agunt Cassan. in catalogo, part. 4. confid. 57. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 2. Illefc. in historia Pont. lib. 5. cap. 12. Hieron. Roman. de Republ. Christ. lib. 6. cap. 12. Morig. lib. 1. cap. 27. Sylvestr. Marul. in Oceano, lib. 2. pag. 110. Tambutin. de iure Abbatum, tom. 1. disp. 2. quest. 1. §. num. 4. Plato de bono statu Relig. lib. 2. c. 22. Fr. Emmanuel. tom. 1. q. 3. art. 4. Azor. part. 1. lib. 12. cap. 21. q. 2. Fr. Ludou. Miranda tom. 1. q. 4. art. 2. Soar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 3. Festum S. Ioannis Gualberti 13. Februarij.

Grandimontensium Ordo, sic dictus à monte quodam prægrandi in diecesti Limonicensi in Gallia, fuit institutus à S. Stephano Albanensi anno 1080. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico I V. Orientis Nicophoro Botto; habitus vilis est, & totus ad penitentiam compositus, cum aliquando ex loriciis ferreis constaret. Galliani non egreduntur, de eo agunt S. Antonin. 2. part. hist. tit. 1. §. c. 21. Cassan. in catal.

De Statu Monachorum, &c. Tit. XXXV. 319

catal. p. 4 confid. 70. Polyd. de invent. lib. 7. c. 2. Sylvest.
Marul. in Oceano, lib. 2. pag. 155. Marques de origine
Eremi. S. Augustini, c. 20. §. 7. Tamburin. d. q. 15. n. 8.
Renat. Chopin. monasticon lib. 2. tit. 1. n. 2. Azor. instit.
moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 2. vers. ordo Grandimontensis,
Plato de bono statu Relig. lib. 2. c. 22. Soar. tract. 9.
lib. 1. cap. 5. num. 4. & 5. vbi subdit quod militant sub
regula propria, licet aliqui eos faciant regula sancti
Benedicti. Festum S. Stephani Albanensis 13. Fe-
bruarij.

9 Carthusianorum Ordo dictus à Valle Carthusia
vulgò Certosa, in diocesi Gratianopolitana in Gallia
institutus fuit à S. Brunone sub regula propria anno
1084. Pontifice Gregorio VII Imperatoribus Occi-
dentiis Henrico I V. Orientis Alexio Commeno. Ve-
stimenta Monachi ut Religiosi Dominicani, ferunt
tun capucinum albitum tunica, & scapularis utram-
que alam connexam intra se ligula eiusdem panni, &
coloris infra virumque latum, ferunt Conversti scapu-
lare nigrum. Tota Religio ab uno Generali codém-
que perpetuò administratur. Capitulum cuiusque domus
Priorum suum electit, confirmat Generalis, du-
rant ad arbitrium Religionis. Agunt de his S. An-
tonin. 2. part. hist. tit. 15. c. 22. §. 2. Caffan. in catalo-
go, p. 4. confid. 62. Polyd. de invent. lib. 7. c. 3. Hieron. Rom.
de Repub. Chrys. lib. 6. c. 13. Illesc. in hist. Pontif. lib. 5.
c. 9. Morig. de ordine Relig. lib. 1. c. 27. Sylvest. Marul. in
Ocean. lib. 2. pag. 124. Miræ de origine Relig. lib. 2. c. 45.
& speciali lib. orig. omnium per Orbem Carthusiarum do-
morum. Claud. Robert. in Gallia Christiana, rit. de
Generalibus. Azor. p. 1. lib. 12. c. 21. q. 2. Fr. Emman.
tom. 1. q. 3. art. 8. Plato d. lib. 2. c. 22. Fr. Ludou. Miranda
tom. 1. q. 4. p. 3. Sanch. in praepcta Decalogi, tom. 2. lib. 6.
c. 7. n. 21. Tamburin. d. tom. 1. disp. 2. q. 16. n. 1. Soar.
tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. c. 4. Festum S. Brunonis 6.
Octobris.

10 Cisterciensium Ordo sic dictus à Valle Cistercio in
diocesi Cabiloni in Burgundia apud Gallos institu-
tus à S. Roberto monacho Benedictino, & sub regula
S. Benedicti anno 1099. Pontifice Urbano I Imperato-
ribus Occidentis Henrico I V. Orientis Alexio Commeno. Indumenta Monachi tunica alba, scapu-
lari nigro, corrigia fibulata, percincta scapulare
funiculo holosericio, vntunt etiam cuculla, sine
clamyde vndulata, pallio nigro cu equites incedunt.
Habent Rome duo monasteria, unum ad S. Crucem
in Hierusalem, alterum ad SS. Vincentium & Anastasium extra muros. Extat & ordo Cisterciensium
discalcedatorum, quem appellant Foliensem ab imagi-
ne sanctissima Virginis inter folia depicta, quam in
capite sua familia colunt; vntunt albis vestibus, &
capuccio nimis ad humeros demissio, omnia ex pan-
no vili. Habent Romæ tria monasteria, unum ad S. Pudentianam Virg. & Mart. alterum ad S. Bernardum in
Thermis Diocletiani, tertium ad S. Sebastianum in
regione Ripæ. Agunt de Cisterciensibus Barnab. de
Montalvo, & Bernardus de Britto in chron. Cistercien-
sis. Anton. p. 2. tit. 15. c. 12. §. 18. Caffan. in catal. p. 4.
confid. 58. Polyd. de invent. lib. 7. c. 2. Morig. lib. 1. c. 28.
Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 2. pag. 153. Hieronym. Roman.
de Repub. Chrys. lib. 6. c. 12. Plato lib. 2.
c. 22. Fr. Emman. d. tom. 1. q. 3. art. 5. Tamburin. de iure
Abbatum, tom. 1. disp. 2. q. 15. n. 5. Fr. Ludou. Miranda
d. tom. 1. q. 4. art. 2. Soar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2.
cap. 3. ex num. 3. Festum S. Roberti celebratur 29.
Aprilis.

11 Montis Virginis Ordo sic dictus à monte Virgi-
niano Regni Neapol. vbi primum monasterium ad-
dicavit S. Guillelmus Vercellensis monachus Bene-
dictinus, à quo Guillemitarum Ordo de aliquibus

dicitur, fuit institutus ab eodem S. Guillelmo sub re-
gula S. Benedicti anno 1124. Pontifice Calixto I Imperato-
ribus Occidentis Henrico V. Orientis Emman.
Commeno. Vestiuntur monachi albo amictu ex vili
panno, & habent Romæ monasterium ad S. Agatham
in Subura. De illis Felix Renda in vita S. Guillelmi,
Paul. Rheg. de sanctis Neapol. in vita eiusdem sancti,
Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 2. pag. 161. Bzou. tom. 2.
hist. Eccles. anno 1142. n. 3. Cavaler. dec. 594. n. 1. Festum
S. Guillelmi 25. Junij.

Sylvestrinorum Ordo institutus fuit à S. Sylvestro 12
Canonicu Ofisimo in agro Piceno sub regula S. Be-
nedicti anno 1232. Pontifice Gregorio IX Imperato-
ribus Occidentis Federico II. Orientis Baldonino II.
Indumenta monachi eodem habitu quo Benedictini
mutato colore nigro in caninum, Italiam non egre-
diuntur, vbi dicuntur habere per Marchiam Anco-
nitana, Umbriam, & Tuficiam 25. monasteria. Ha-
bent monasterium ad sanctum Stephanum in Cacco.
De hac familia agunt S. Antonin. p. 2. tit. 15. c. 25. §. 2.
Caffan. in catal. p. 4. confid. 57. Sylvest. Marul. in Ocea-
no, lib. 3. pag. 185. Tamburin. d. tom. 1. disp. 2. q. 15. n. 11.
Festum S. Sylvestri celebratur 26. Novembris, quo
die Clemens. V II. illum in martyrologio Roma-
no inseruit, teste Bzou. tom. 1. 3. annal. anno 1267.
num. 20.

Celestinorum Ordo institutus fuit à S. Petru Mo-
risono monacho Benedictino (dictus est Moronus à
monte Morono in Regno Neapolitano, quem Reli-
giofus incoluit) & sub regula S. Benedicti anno 1274.
Pontifice Gregorio X Imperatoribus Occidentis Rodolfo I. Orientis Michaelo Paleologo. Celestinus di-
ctus fuit eo quod eius fundator dictus S. Petrus Sum-
mus Pontifex electus. Celestinus V. vocari voluit, à
Pontificio honore, seu potius onere abiecto ad no-
men pristinum redit, licet cum nomine honoris fami-
lia remanserit. Indumenta monachi alba tunica, nigro
capuccio, & scapulari, nigra etiam cuculla, sine clamyde,
Benedictinis per omnia simile. Crevit
hæc familia per Germaniam, per Vngariam, & Gal-
liam, vbi nunc habet 22. monasteria satis ampla, crea-
uit per Italiam, vbi ad 96. domicilia numerantur, ha-
bet Romæ monasterium ad S. Eusebium in regione
Montium. De Celestini agunt S. Antonin. 2. p. tit. 16.
c. 1. §. 18. Caffan. in catal. p. 4. confid. 61. Polyd. de invent.
lib. 7. c. 2. Morig. lib. 1. c. 36. Bzou. tom. 1. 3. anno 1294. ex
n. 2. Fr. Emman. d. tom. 1. q. 3. art. 3. Fr. Ludou. Miranda
tom. 1. q. 4. art. 2. Festum S. Petri Moroni celebratur 19.
Maij.

Sancti Ambrosij ad nemus Ordo sic dictus quod
sub invocatione S. Ambrosij erectum sit Mediolani
primum eius domicilium in loco extra muros, vbi
tempore S. Ambrosij nemus erat, in quo ipse ali-
quando se recipere solebat, vt negotia fugeret, &
contemplatione diuinæ vacaret, institutus fuit à tribus
nobilibus Mediolanensis sub regula S. Augu-
stini, Alexandro Ciuello, Albergo Befoso, Antonio
Pessumante, altero Antonio Petra sancta, anno 1431.
Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Si-
gismundo, Orientis Ioanne Paleologo. Vtuntur mona-
chi tunica, scapulari, & pallio canusio cum corri-
gia cornu fibulata. Habent nonnulla domicilia per
Italiam, extra illam non effunduntur, Romæ sunt ad
S. Clementem in regione Montium. De his vide
Morig. lib. 1. cap. 45. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 1.
pag. 70.

Olinetanorum Ordo sic dictus à monte Olivarium 15
in comitatu Ilcensi non longè à Senis, vbi primum
eius monasterium erectum, institutus fuit sub reg-
ula S. Benedicti à tribus nobilibus Senensibus Bernardo

320 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Ptolomeo Philosophiae professore, Ambroso Piccolomino, Patricio de Patricis anno 1319. Pontifice Ioanne X XII. qui anno 1324. Ordinem confirmavit, Imperatoribus Occidentis Ludouico I V. Orientis Andronico I. Induuntur Monachi vestibus albis, sunt Romæ ad S. Mariam nonam in regione Montium. Agunt de illis S. Antonin. p. 2. tit. 16. c. 1. § 2. Callan. in catal. p. 4. confid. 58. Polyd. de inuenit. lib. 7. cap. 1. Plato lib. 2. c. 22. Tamburin. d. q. 15. n. 13. Fr. Emman. tom. 1. q. 3. art. 3. Fr. Ludou. Miranda d. tom. 1. q. 4. art. 2. Cau-ler. decisi. 59. 4. n. 1.

16 S. Hieronymi per Hispaniam ordo institutus fuit sub regula S. Augustini, & patrocinio S. Hieronymi à D. Petro Fernandez Nobili Castellano, Perri Regis Castella, quem Crudelem appellant, intimo quondam, & maiori cubiculario anno 1370. Pontifice Urbano V. Caput huius familiaris est Monasterium S. Bartholomæi Lupiana in Toletana Diocesi. Vtuntur Monachi tunica alba, scapulari, & capuccio canusino, pallium item canusimum etispatur, & vndulatur ad collum, eo vtuntur cum foras exunt. Habent plura & pulchra Monasteria per Hispaniam, & Lusitaniam. De his agunt Hieron. Roman. de Republ. Christ. lib. 6. c. 29. Sylvestr. Marul. lib. 3. pag. 198. Fr. Emman. d. tom. 1. q. 4. art. 1. Fr. Ludou. Miranda d. tom. 1. q. 4. art. 1. Soar. tract. 9. lib. 2. c. 5.

17 S. Hieronymi in Pisis Ordo institutus fuit à Nobili viro Pisano Petro Gambacurta sub regula S. Augustini, & patrocinio S. Hieronymi anno 1380. Pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis VVeneçla, Orientis Andronico III. Primum huius Congregat. Monasterium caputque familia est apud Cefalana in territorio Vibini, quod appellat Montè bellum ob loci amoenitatem, Monachi à Pio V. professionem faciunt, vittam tunica, scapulari, capuccio, pallio canusino, reiciunt ad humeris vittam, sive ligulam eiusdem coloris, quam subtus pallium gerunt cum foras procedunt, ferè nullum habent Monasterium extra Marchiam Anconitanam, & Triuianam. De his vide Sylvestr. Marul. in Oceano, lib. 5. pag. 345. Morig. lib. 1. c. 41. Azor. p. 1. lib. 13. c. 11. Fr. Emman. d. tom. 1. quest. 3. art. 9.

18 Sancti Hieronymi in Fessulanis Ordo, sic dictus quod Fessulus nobili quondam Tuscæ virbe, cuius nunc vestigia vix extant, non longe à Florentina, incepit, institutus fuit à Carolo Romano montis Garnelli (oppidum est ad radices Apennini quinque Iucis distans a Cefena) Comite, sub reg. S. Augustini anno 1406. Pontifice Gregorio X II. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Utuntur eius Monachi habitu canusino pallio ad collum rugato. Sunt Romæ ad sanctum Vincentium & Anastasium in regione Triuji. De his vide Sylvestr. Marul. in Oceano lib. 4. pag. 327. Morig. lib. 1. c. 41. Polid. de inuentorib. lib. 7. c. 3. Azor. p. 1. lib. 13. c. 11.

19 Canonorum Regularium. Plura de Canonis Regularibus Richard. Anglic. Theolog. Parisiensis in Chro. Canonorum Regularium, Ioannes Trullus in lib. quem inscripsit, Ordo Canonorum Regularium, Gabriel. Pennot de origine Canon. Regular. S. Antonin. p. 2. tit. 15. c. 16. §. fin. Callan. in catal. p. 4. confid. 56. Polydor. de inuenit. lib. 7. c. 3. Hieron. Roman. de Republ. Christ. lib. 6. c. 4. & 16. Plato de bono statu Relig. lib. 2. c. 23. Naur. comment. 1. de Regular. Conrad. in templo omnium iudiciorum. lib. 2. c. 9. Cened. ad Decret. collect. 16. §. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. q. 3. art. 1. Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 12. c. 22. Fr. Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 1. q. 4. art. 13. Soar. de Relig. tract. 8. cap. 7. ex num. 2.

20 Religio Canonorum Regularium ita varias fami-

lias diuisa est, de quarum præcipuis inferioris aliquæ dicimus, fuit instituta ab Apostolis statim post Christi Domini Ascensionem, recepta à S. Iacobó minore Apostolo, & Hierosolymæ Episcopo in Ecclesia sua Hierosolymitanæ, à S. Marco Euangelista in Alexandria, & ab aliis alibi suscitata, & quasi deinde erecta à S. Augustino in civitate Hipponeñsi anno 397. Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Honorio, Orientis Arcadio.

Canonicis Regularibus Lateranenses dicuntur ab Ecclesia S. Iohannis Lateranensis de Urbe, quam per 800. annos inhabitarunt usque ad Pontificatum Bonifacij V II I. qui sublati Canonis Regularibus S. Augustini, seculares introduxit anno 1300. Reformata haec Lateranensis congregatio à congregatiōne Friktionaria, sic dicta à Monasterio S. Maria in syla Friktionaria, cui multitudine Frigonom illæ te recipiens nomen indidit, instituta à P. Bartholomæo ex nobilissima Columnenorum familia, & à P. Iacobo de Auogrado Bononiensi Doctore emerito familiae Prædicatorum quondam Religioso laico anno 1406. sed relatio nomine Friktionia iussa est dici Lateranensis, cum Lateranensem Canonicon fuerit reformatrix, eodemque habitu utratur. Sunt Romæ ad S. Mariam de Pace in regione Pontis. De his agunt Morig. lib. 1. c. 8. Sylvestr. Marul. in Ocean. lib. 1. pag. 1. cum seqq. Habent multa & præclaræ per Italianam monasteria, de quibus Pennot. in histor. marit. lib. 3. cap. 8.

Canonicis Regularibus S. Fridiani instituti fuerunt, seu potius reformati ab eodem S. Fridiano Episcopo Lucensi intra annum 360. & 380. quo durauit eius Episcopatus, ferè enidem habitum gerunt aquæ Lateranenses. De his Cæl. Francottus in historia sacra Lucensi, ubi de vita S. Fridiani, Sylvestr. Marul. in Ocean. Relig. lib. 1. pag. 4. Azor. p. 1. lib. 12. cap. 22. quest. 3.

Canonicis Regularibus S. Rufi secundum aliquos instituti dicuntur à S. Rufo, S. Pauli Apost. discipulo, de quo ipse ad Roman. c. 16. n. 13. sed probabilius est hinc ordinem sic appellatum non quid S. Rufus eum instituerit, sed quia præcipuum eius domicilium & familia caput erexit, sit sub invocatione S. Rufi in ciuitate Valentia in Gallia, cuius etiam nobilis Prioratus est Luggduni, à quo mitrum in modum hac familia nobilitatis est, vt attestatur Chopin. lib. 2. Magn. t. m. 20. Claud. Robert. in Gallia Christiana, ut de Abbatis, lit. R, verbo S. Rufus. De his Canonicis agunt Sylvestr. Marul. in Ocean. Relig. lib. 1. pag. 5. Aymar. Falco in historia Antoniana, p. 2. tit. 2. c. 0. 3. Petrus Griseus in historia Canon. sett. 13. n. 16. & 17. Festum S. Rufi celebratur 21. Novembr. et alius S. Rufus primus Episcopus Auenionensis 12. Novemb. Huius Congregationis leges & statuta accepisse congregationem S. Crucis Conimbricensis in Lusitania refert Marques de vera origine Eremi. S. Augustini c. 18. §. 4. & 5.

Canonicis Regularibus Aroasie fuerunt instituti duobus pīs Sacerdotibus Connone, & Holdemaro secundo ferè lapide à Bapalina Artesie oppido versus fines Regni Gallæ in diocesi Atrebateni anno 1097. Pontifice Urbano II. Imperatoribus Occidentis Henrico I V. Orientis Alexio Conneno. Ab hoc Monasterio Aroasie familia Aroasiana capite exordium, & nomen sumpsit hic Ordo, habuit frequenterissima per Belgium & Galliam Monasteria, sed hodie non perficit. De his Canonicis agunt Aubert. Miræ de orig. Canon. Regul. c. 10. Crullen. monast. August. p. 2. c. 17.

Canonicis Regularibus S. Victoris nomen sortiti sunt 25

De Statu Monachorum, &c. Tit. XXXV. 321

- 2 Monasterio S. Victoris propè muros Parisiensis Abbatiali titulo illustri, quod adificatum est à Lédonico Graflo Gallie Rege anno 1113; sed iam defierunt, vide Cruden. in *Monastico Augustiniano*, p. 2. c. 19. Aubert. Mira. in origine *Canonicorum Regul.* c. 12.
- 3 Canonici Regulares Premonstratenses dicti à monte Premonstrato in Diccesi Lugdunensi suffraganea Rhemeni in Gallia instituti fuerūt à Northerto Archiepiscopo postea Magdeburgensi Germaniae Primate sub regula S. Augustini, & in instituto Canonorum Regularium anno 1120. Pontifice Calixto II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Ioanne Commodo. Utuntur hi Canonici albis vestibus, vi genti maximè per Galliam, Germaniam, Flandram, & Hispaniam, apud Italos ferè nulla eorum sunt Monasteria, Roma verò hoc anno 1630 vinebant in locato domicilio in via Crucis. De his latè Aubert. Mira. chthonicon scriptit, S. Antonin. 2. p. tit. 15. c. 19. & tit. 17. cap. 2. 8. 2. Morigia lib. 1. cap. 57. Sylvestr. Marul. in Oceano Relig. lib. 1. 2. pag. 172. Fr. Emmanuel. tom. 1. q. 3. art. 16. Azor. d. part. 1. lib. 1. 2. cap. 2. 1. 9. 2. Claud. Robert. in *Gallia Christiana*, tit. de *Abbatis*, lit. P, verbo *Premonstratum*, Soar. tom. 4. de *Relig. Iract.* 9. lib. 2. cap. 5. num. 6. Festum S. Norberti celebratur 6. Iunij.
- 4 Canonici Regulares Mantuanii referunt institutionem suam ad S. Marcum Evangelistam, sed Monasterium Mantuanum fundavit eius Urbi Episcopus Henricus anno 1150. Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emma nuello Commodo. Præter hoc Mantuanum, atque alterum in oppido Nesi propè Patavium Mantuanum annexum nullum aliud est in tota Congregatione Monasterium. Vide Morig. lib. 1. cap. 9. Sylvestr. Marul. in Oceano Relig. lib. 1. pag. 36.
- 5 Canonici Regulares Spiritus sancti apud Venetos, duo tantum possident Monasteria, Venetiis alterum, alterum Patavij, quod appellant S. Michaelis, sed utrumque magnis redditibus abundans, nullus ad hunc Ordinem admittitur nisi Venetus sit, & nobilis, ferunt eundem habitum atque Canonici Regulares Lateranenses cum pileis quadratis, & panno albo; item pallia alba cum exunct domum. De his vide Morig. lib. 1. c. 6. 1. Ioan. And. in *Clem. 1. de elef.*
- 6 Canonici Regulares S. Sepulchri fuerunt instituti Hierosolymis, de quibus extat constitutio Cœlestini 11. anno Christi 1153. 10. Ianuarij, qua continetur honorifica Canonorum S. Sepulchri in Hierosolymis commendatio. Induebantur nigro colore, ferebant pallium super Rochetum, in quo assit, erant ad latu sinistrum quinque Cruces ex purpura, grandis media, quatuor aliae exiguae, ita ut brachia grandis, & suprase, & infra se ad angulos suos parvulas sustinetent. De his Sylvestr. Marul. in Oceano Relig. lib. 1. pag. 30.
- 7 Canonici Regulares S. Crucis Comimbricensis apud Lusitanos, sic dicti à celebri Monasterio S. Crucis Comimbricensis, quod amplissimis redditibus edificauit Alfonsus Henriquez primus Rex Lusitanæ anno 1131. Innocentio II. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario II. Orientis Ioanne Commodo, ibique sepultus iacet in Sacello maximo à leva parte Altaris, vñ cum filio Sancto Regni successore, qui in eadem Capella è regione patris ad dextrum latus aequali Mansueto quiescit. Fuerunt primi huius Congregationis infraeiores D. Tello Archidiaconus Comimbricensis, D. Michael eiudem Ecclesie Comimbricensis Prior, D. Ioannes Canonicus, & Magister scholæ, D. Theotonius primus Prior Monasterij S. Crucis, D. Odorius S. Iacobi Presbyter, & eiudem
- S. Crucis Prior claustral is, D. Sisnandus S. Mariae mon tis maioris Praepositus, D. Petrus Presbyter, & alij quinque. Confirmavit Innocent. III. anno 1135. Habuit multa Monasteria, quæ vnde possidet unum de viginti, & non se extendit extra Lusitaniam. Indumentum Canonici alba tunica, superciliceo linea, almutia, sive capuccio, & pallio nigro. De his Gabr. Pennot. in *bifor. tripar. lib. 2. c. 66. n. 2.* & Sylvestr. Marul. in *Oceano Relig. lib. 1.* pag. 32.
- 8 Canonici Regulares Gronodæl, sive Vallis viridis, quando, & vbi fuerint instituti agit Gabr. Pennot. in *bifor. tripar. lib. 2. c. 66. n. 2.* & Sylvestr. Marul. in *Oceano Relig. lib. 1.* pag. 32.
- 9 Canonici Regulares VVindesemenses, sic dicuntur à prædio VVindesheim tertio à Dauentria Germaniae inferioris Urbe lapide, ad Isulam fluvium sita, collato catopropè Zuollam Traiectensis dicitur oppidum. Hic ereturum appareret Monasterium eiudem nominis sub invocatione B. Virginis Marie, à Gerardo Magno, & Ioanne Busebrone adificatum anno 1387. Pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis VVenceslao, Orientis Andronico III. De his Gabr. Pennot. in *bifor. tripar. lib. 2. cap. 62.* cum tribus seqq. Aubert. Mira. de orig. Canon. Regul. cap. 13. vbi refert hanc Congregationem in sola Germania inferiori ac tractu Rheno brevi temporis spatio habuisse centum vi ginta vitorum Monasteria, fœminarum tringinta, Cruden. in *monastico Augustiniano*, p. 3. c. 21. attestatur de anno 1622. interfusile Capitulo generali huius familie Tongris Congregato, ac ibi vix numerasse vingtij Priores, & quibus nonnulli solum titulum gerabant, subdit tamen hos disciplinæ Regularis valde esse observantes.
- 10 Canonici Regulares S. Saluatoris, sic dicti à primo Monasterio, quod habuerunt sub oraculo Saluatoris in sylla lacus non longè à Senis, instituti fuerunt à fratre Stephano Eremita S. Augustini anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Appellantur nonnquam Scopetini à Monasterio, quod initio sua institutionis habuerunt propè muros Florentia sub nomine S. Donati Episcopi Fessulani. Utuntur eisdem vestibus atque Canonici Lateranenses, præterquam quod pallium nigrum deferunt cum foras procedunt, possident ad quadraginta Monasteria per Italianam, sive Romam ad sanctum Petrum ad vincula. De illis agunt Morig. lib. 1. cap. 40. Sylvestr. Marul. in Oceano Relig. lib. 5. pag. 32. 1. Cæl. Franciott. de sanctis Viris Luca in Ecclesia S. Maria foris portæ, pag. 565. & pag. 590. Fr. Emmanuel. tom. 1. q. 3. art. 3. Azor. d. part. 1. lib. 1. 2. 6. 2.
- 11 Canonici Regulares S. Georgij in Alga, sic dicti ab Alga parva Insula distante duobus milliaribus à Venetiis, vbi situm est primum huius Congregationis Monasterium sub nomine S. Georgij, initium fuerunt à D. Antonio Coratio Bononiensi, & Episcopo Hostiensi anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Professionem emitunt à Pontificatu Pij V. & habitum caruleum gerant, habent tredecim principalia per Italianam domicilia, aliqua per Sicilianum: sunt Rome ad S. Salvatorem in Lauro. De illis agunt scribentes vitam S. Laurentij Justiniani Patriarchæ Venetiæ huius Congregationis alumni, & ex primis fundationis, Morig. lib. 1. cap. 44. Sylvestr. Marul. in Oceano Relig. lib. 5. pag. 337. Hieronym. Roman. de Republ. Chirist. lib. 6. cap. 30. Fr. Emmanuel. d. tom. 1. q. 3. art. 1. Azor. d. p. 1. lib. 1. 2. cap. 22. quæst. 3. Ealdem ferè cum his profitentur leges Canonici nostri carlei (quos vulgus appellat S. Eligij Fratres) Congregatio-

BIBOSA
Ius Can

2. 13.
CIVI

322 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

mis S. Ioani Evangelista, sed professionem non emitunt, habent multa & amplissima Monasteria per Lusitaniam, sed quae independentia sunt ab italis, vide Fr. Eman. loco proxime citato, Soar. de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. c. 9. n. 4.

- 35 Canonicci Regulares S. Petri de monte Corbulo, sic dicti à primo eius Monasterio sub patrocinio S. Petri in monte Corbulo in Archiepiscopatu Florentino, duodecimo à Senis lapide ædificato, Pontificatu Iulij II. intra annum 1503. & 1512. quo ipse duravit, instituti fuerunt à quadam Petro Regulus, vel Mediolanensi Monache Carthusiano, habuerunt à principio habitum canufini coloris, nimutum tunicam, Rochetum, & capucium, sive almariam, sed anno 1521. mutatus fui in nigrum. Amant hi maximè solitudinem, secessant hospitalitatem, rigidè secundant, ac de labore manuum, vivunt. De hi agunt Azor. d. p. 1. lib. 1. 2. cap. 22. q. 3. Gabr. Pennot. in tripart. hislor. lib. 2. c. 5. 4. n. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Diœcensis non debet molestare Monasteria nisi pro causa correctionis, nec eis oblatâ sibi vendicare.
- 2 Oblationes, que fiunt in aliquo loco Regularium, acquiruntur Religijs illius loci.
- 3 Prohibens aliquem non molestare non prohibetur enim molestare de iure.
- 4 Clauſula, Contradictores, &c. solum habet locum contra contradicentes de facto, non contradicentes de iure.

C A P. Theodosius. I. Gregor.

- E Piscopus non debet molestare Monasteria nisi eacula disciplina, seu correctionis, nec debet sibi, vel Clericis suis accipere ea, que oblatâ sunt Monachis à fidelibus. Colligit ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zahar. Ioan. And. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viu. in ration. lib. 3, iuris Pontif. pag. 329. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 495. defumitur ex B. Gregor. lib. 7. indit. 2. c. 15. remissione Ximen. in concord. p. 1. & refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 30. c. 1.
- 2 Cum Monachis ibi seruentibus, &c.] Notatur ad hoc quod oblationes, que fiunt in aliquo loco Regulare, acquiruntur Religijs illius loci, ut per Abb. hic notab. vlt. & in cap. dilectus. n. 4. verf. sed in Monasteriis, de officio Ordin. Dec. conf. 1. 8. n. 1. vol. 2. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 3. num. 2. vbi us. 50. explicat quae veniant oblationes nomine.
- 3 In gloss. Inferat. Notatur ad hoc quod promittentes aliquem non molestare, non prohibenter cum molestare de iure, ut per Hippol. conf. 3. n. 30. Vnde clausula, Contradictores appellatione postposita compescendo, solum habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de iure, ad quod plures citati Doctores ad cap. pro illorum 22. num. 3. infr. de prebend. pag. 749.

S V M M A R I V M.

- 2 Monachi non debent recipi in Monasterio pro pretio, alias recipiens ad sacros Ordines promoveri non potest, & recipiens ab officio suspenderetur, & Monachi habentes peculium absque licentia Ab-

batis ab Altaris communione removentur, & sic decedens sepultura, & fratrum communione priuatur.

- 2 Peculium an licitum fuerit Religionum Pralatis concedere Religijs ad nutum renocabile ad solos honestos, & piros ostenditur, & quid aitens Concil. Trid. n. 3.
- 4 Monachus Ecclesia prefectus socium Monachum habere debet, quando Ecclesia est Monasterio plenè subiecta.
- 5 Superior bona Monasterij dissipans ab administratore removetur.
- 6 Regulares non possunt absque legitima causa à beneficiis electiis removerti.
- 7 Professi facta cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo propria non valer.

C A P. Monachi. II.

Ex Concil. Lateran.

M onachi non ponantur singuli per villas, vel oppida, vel quacunque Parochiales Ecclesiæ, sed maneat cum aliquibus Fratribus. In Monasterio non recipiantur pro pretio, alias recipiens à sacris Ordinibus accetur, & recipiens ab officio suspenditur; nec permittantur habere peculium nisi pro administratione eis injuncta, & sit ab Abbate permisum, & qui secus fecerit, ab Altaris communione removentur, & sic decedens sepultura & fratrum communione priuatur. Prior nullus sit, vel custos mediante pretio, si secus dans, & accipiens fuit alieni ab Ecclesiastico ministerio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zahar. Ioan. And. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 330. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 495. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2. defumitur ex Concil. Lateran. lib. Alex. II. c. 10. & refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2.

Monachis nec peculium permittantur habere.] Ex his verbis colligunt aliqui Doctores sententia iure harum Decretalium integrum non esse Religionum Pralatis concedere Religijs peculium ad nutum superiorum renocabile ad solos vius honestos, & piros, idque ex causa legitima, vt per Ioan. Mohanum compendio Theologia practice, p. 5. c. 20. concl. 3. & 4. Felin. in cap. cib. M. num. 26. vers. eadem reasurit. sup. de confit. Capit. auth. ingressi. C. de Sacraf. Eccles. verbo ipso ingressu. c. 5. n. 5. adducentes etiam pro hac parte cap. iam ad Monasterium, infra. hoc tit. ibi: Prohibemus ne quis Monachorum proprium aliqui modo possidat. Verum multo probabilius est peculium superdicto modo permisum esse ex licentia superioris, vt docent Natur. comment. de Regular. n. 14. & com. 3. n. 17. & conf. 20. n. 1. sub tit. de Regularib. alias conf. 1. 4. n. 5. sub hoc tit. Gregor. I. 14. verbo proprio, tit. 1. p. 1. Cordub. in suam. q. 5. 4. opinion. 2. Ludou. Lopez in instruct. conscient. c. 1. 4. col. 3. vers. idem licet. Fr. Eman. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 29. art. 8. & in suam. tom. 2. c. 3. 1. n. 3. in initio. Ludou. Beja. resp. causum conscient. p. 3. q. 6. in fine, & p. 4. casu 17. Azoc. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. 2. q. 1. Fr. Ludou. Miranda in man. Pralatorum. tom. 1. q. 2. 8. art. 8. post Abb. Sylvest. Dec. Angel. Ioan. Turrecrem. & alios hanc partem tenuerunt Sanch. i. 1. præcepta Decalogi. tom. 2. lib. 7. c. 22. n. 6. ubi ponderat pro fe text. in presenti; vers. qui vero, dum permittit Monachis pro administratione iniuncta peculium habere, hinc inferens licitum esse peculium ex causa legitima, & imm. 6. dicit hunc text. in princ. & d. cap. 6. num ad Monasterium, interdicere regulariter, &

vñue

vniuersaliter concedi Religiosis peculium propter
corum importunitatem, & leues causas, secus quan-
do ex causis gravibus, & iustis.

³ Huc substitutum de iure communi Decretalium,
sed dubium est an illud sit correctum per Concil. Tri-
dent. ^{c. 21} de Regul. c. 2 duplex est sententia, una af-
firmat, arque ideo huiusmodi peculium, quod attento
iure antiquo duximus Religioso posse concedi, iam
non esse licetum, ita sustinet Nauar. de refit. lib. 3.
c. 1. p. 4. dub. 1. n. 16. 3. in noua edit. Passarel. in privileg.
Fratrum Minorum post c. 4. sub tit. de proprietate ab-
ducenda, pauli ante fin. in vers. ubi est prius aduer-
endum, Veg. in summ. tom. 2. c. 32. cap. 19. Azor. d. lib. 12.
c. 9. q. 2. Vafq. in opusc. de redditib. Eccles. c. 3. dub. 11.
n. 14. Soar. de Relig. tom. 3. lib. 8. c. 14. n. 18. Valent. 2. 2.
dub. 1. q. 4. punct. 3. col. 2. corol. 4. Fr. Emman. in summ.
tom. 2. c. 31. num. 3. vers. lo tercio digo, & queſt. Regul.
tom. 2. q. 47. art. 1. 5. in fine, & tom. 3. q. 29. art. 12. Zerol.
in praxi Episcop. p. 1. verbo moniales, & 2. Tap. in d.
auth. ingredi, verbo ipso ingressu, c. 3. n. 55. Molin. de
inſtit. tract. 2. tom. 3. difp. 27. 6. col. pen. vers. vtrum autem,
Leſſ. de inſtit. lib. 2. c. 4. dub. 5. n. 30. Verum quicquid
hi Doctores limitent, & temperent hanc suam opini-
onem, secunda, quæ sustinet in eo Concilij Trid.
decreto nihil noui iuris induci, sed solum confirmari
statuta iure antiquo huius text. & d. c. cum ad Monas-
terium, verior est, quia verba Concil. Trid. non ha-
bent maiorem vim contra peculium, quam verba
Concil. Later. relata in hoc text. nisi quod expreſſius
prohibeant hoc peculium, & ideo merito hanc tue-
ntur Nauar. d. comm. 2. m. 15. & 18. & d. conf. 14. num. 6.
Jacob. de Graffis in aureis decis. p. 1. lib. 3. c. 5. num. 53.
Fuñ. Pacian. conf. 36. à n. 99. tom. 1. Ioan. à Cruce de
ſtatu Relig. lib. 1. c. 3. dub. 2. Emman. Sà verbo Relig.
n. 48. Fabr. de refit. in 4. sent. lib. 4. difp. 15. q. 2. difp. 45.
c. 5. n. 12. 5. Tanner. in 2. 2. difp. 6. q. 3. dub. 4. num. 108.
Barthol. à S. Paullo in theſauru Relig. lib. 8. q. 30. Villalob. in ſumma p. 2. tract. 35. dub. 30. n. 2. Ludou. Miranda
in man. Prelat. tom. 1. q. 28. art. 8. Aloy. Ricc. in decis.
Curie Archiep. Neapol. p. 4. decis. 340. n. 12. Laurent. de
Peyrinis de Relig. ſubdit. tom. 1. c. 2. q. 2. §. 1. & 2. Fa-
gundez in quinque Eccleſie precepta, tract. 2. lib. 8. c. 6.
n. 13. Hieron. Cened. al paupert. Relig. dub. 9. n. 4. & seq.
Sanch. d. c. 2. n. 11. vbi n. 13. refoluit hodie licere ex
iusta cauſa concedere cuicunque Religioso, licet non
ſit officialis Ordinis, administrationem aliquorum
bonorum ſtabilium nutu superioris amonibilem, &
n. 14. ait licitum eſſe aliquarum Religionum conſe-
tudinem, in quibus ex Superiorum licentia certi an-
nui redditus cuilibet Religioso alignantur ad viſitum
& veſtimentum, itavt ſi deſtit aliquid, ipsi querant, ſi
autem ſupereſſit, applicent piis, & religioſis vſibus,
dummodo Religioſi non excedant limites licentiae,
& parati ſint reformationi legitime, facienda ob-
temperare.

Nisi ab Abbat. &c.] Notatur ad hoc quod Regu-
lates de licentia Superioris poſſunt habere bona ſal-
tem ad vſum fructum, vt per Rot. decis. 772. n. 12. p. 2.
diers. & decis. 216. n. 12. p. 2. etiam diuers. Caualer. de-
cis. 606. n. 6. & de illis poſſunt ad opera pia diſponere.
Nauar. conf. 13. n. 2. & 3. hoc tit. Rot. d. decis. 772. n. 4.
p. 1. diuers. & decis. 241. n. 4. & decis. 306. n. 1. & 2. p. 2.
recent.

⁴ Aut cum aliquibus Fratribus maneat.] Notatur ad
hoc quod Monachus Eccleſia praefectus locum Mo-
nachum habere debet, quando Eccleſia eſt Monate-
rio plenē ſubiecta, vt per Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 12.
c. 19. q. 14. Sanch. d. tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 39. vide latius ad
cap. quod Dei timorem, hoc tit. in gloss. n. 7.

⁵ Alioquin dantes, &c.] Notatur ad hoc, quod ſupe-

rior bona Monasterij diſcipans ab administratione re-
monetur, vt per Fr. Emman. queſt. Regul. tom. 2. q. 74.
art. 1. Aldrete de religioſa disciplina tuenda, lib. 2. c. 16.
§. 3. n. 30.

Priores autem, &c.] Notatur ad hoc quod Regula-
res non poſſent abſque legitima cauſa à beneficiis
electiis remoueri, vt per Mil. in report. verbo Religio-
ſus, n. 4. verſ. Religioſus autem, Caffad. decis. 4. n. 3. &
5. de prebend. Anaſt. Germon. de inductis Cardin. §.
Regularia beneficia, n. 51. & 52. Azor. d. lib. 12. cap. 22.
q. 10. & p. 2. lib. 3. c. 26. q. 15. quos refert, & sequitur
Sanch. d. lib. 7. c. 29. n. 118.

In gloss. Administratione, ibi, conditio frangitur, &
remanebit Monachus. Notatur ad hoc, quod profello
facta cum conditione, pacto, ſeu modo de retinendo,
ſeu habendo proprio non valet, ſed vitiatur ex tali
adiectione, viptore contra ſubſtantiam illius, vt per
Fr. Emman. queſt. Regul. tom. 3. q. 17. art. 6. in fine, Fr.
Ludou. Miranda in man. Pralatorum, tom. 1. q. 28. art. 2.
& alios citatos ad cap. viii. n. 2. & 3. qui Clerici, vel vo-
nenes, adde noue Barthol. à S. Paullo in theſauru Re-
ligionum, lib. 8. q. 21. Aloys. Ricc. in decis. Curie Ar-
chiep. Neapol. decis. 340. n. 11. p. 4. Barthol. de Vecchis
in praxi nouis. difp. 13. dub. 1. n. 11.

In gloss. Non mententur. Hæc gloss. declarat quæ in-
telligantur officia manualia in Religione, & dicit
quod talia non dicuntur illa, quæ fiunt in Capitulis
per Canonicas electiones, & Superioris confirmationem
quia nequeunt ad Superioris nutum amoneiri;
reliqua vero, quæ hoc modo, & forma non fiunt,
manualia non eſſe resoluti, ita Sanch. in precepta De-
calogij, tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 16. Laurent. de Peyrinis tom. 2.
privileg. ſui Ordinis in amar. ad confit. 2. Iulij I. I. §. 29.
n. 9. Tamburin. de iure Abbatum, tom. 1. difp. 5. q. 1. 5.
num. 6.

S V M M A R I V M.

- Cistercienses, qui declinarunt ab inſtituto, debent
redire ad pristinum, & qui illis adhaerunt, co-
rum modo vivere tenentur.
- Cistercienses Monachi ex privilegiis Summorum
Pontificum, poſſunt habere caſtra, poſſeſſio-
nes, &c.
- Monachus non ſuccedum in bonis unitis dignitati,
ſine iurisdictioni.
- Eccleſia, vel Monasterium quando uniuirt alteri, af-
ſumit naturam, & priuilegia illius, cui uiruit.
- Vitam ſimilem qui cum aliis uſcipit, ſimilem debet
ſentire in legibus disciplinam.
- Domus tota poſſet ſe ad ſtrictiorem Religionem
transferre.

C A P . Recolentes. III.

Alex. III.

Cistercienses qui declinarunt à primæa inſtitu-
tione, debent ad illam redire, & domus Religio-
ſa illis aggregata eorum mores ſeruare tenentur. Colli-
guunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoe. Collect. Zabar. Ioan.
Andr. Imol. Anan. Holt. Butr. Henric. Anch. Panormi.
Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 332. Alagona in
compend. iuris Canon. pag. 496. remiſſiōne Ximen. in con-
cord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 3.
tit. 2. c. 2.

Contra Ordinis uſtri Regulam villas, &c.] Hodie ex
privilegiis Summorum Pontificum Cistercienses mo-
habent

BIBOSA
lus Can

2. 13.
C VI
18

324 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Monachi possunt habere cætra, villas, molendina, possessiones, census, iurisdictiones, & iura, ut refert Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 7. s. art. 1.

³ Si enim relictis, &c.] Notatur ad hoc quod Monachi non succedunt in bonis vniuersitatis dignitatibus, sive iurisdictiōnibus, vt per Molin. de primog. lib. 1. c. 13. n. 8. 1. Matiens. l. 1. gloss. t. n. 16. tit. 7. lib. 5. noua recap. D. Barbos. in l. cun. prætor, §. v. l. n. 22. ff. de iudic. Et ita probat text. monachos non posse succedere in maioratu dignitate, seu iurisdictiōne annexam habente, vt docent Molin. de primog. lib. 1. o. 13. à n. 8. 1. Joan. Lecester. l. 1. de primog. q. 4. n. 15. Ant. Gom. l. 4. Tauri. n. 66. vbi Cornejo. Ludou. de Caffanete conf. 26. n. 8. & 9. vol. 1. Spin. in speculo testam. gloss. 12. prime. n. 3. Matiens. l. 1. gloss. t. n. 16. tit. 7. lib. 5. noua recap. Carol. Tap. in anth. ingressi. C. de sacro. Eccles. verbo sua. c. 16. n. 8. Surd. cor. 5. 7. n. 23. Jacob. de Graff. in aureis decisi. p. 2. lib. 3. c. 19. num. pen. Cald. Pereira de nomin. emphy. q. 6. n. 14. Cabed. Lufur. decisi. 1. 3. à n. 7. p. 1. Molin. do iustit. tom. 3. diff. 6. 2. 3. n. 4. Flores de Mena in addit. ad Gam. decisi. 6. n. 2. concl. 5. & var. lib. 1. q. 16. §. 2. n. 2. Sicut nec in Regno. Comitatu, vel Ducatu, ut tradunt gloss. verbo dignitate, in cap. scriptis nobis. 27. q. 2. communiter recepta ab Archid. & ceteris scribentibus ibi, Molin. d. c. 13. n. 8. 1. Greg. l. 2. verbo siendo homo tit. 1. p. 1. Gam. decisi. 6. n. 3. Cifuentes. l. 40. Tauri. q. 6. vbi Ant. Gom. n. 66. Ita etiam nec in feudo quando seruitum in ea petitus est personale, & tale quale non potest decenter à Religione exhiberi, nec sufficit per substitutum illud prestari, tunc enim Religio non succedit in feudum, sed religiosi professione cef- sat, ita post DD. scribentes ad cap. in presentia, de probat. docent Molin. in c. 13. n. 7. 6. alt. Molin. tract. 2. de iustit. diff. 1. 4. o. col. 6. vers. regulam. Auend. iun. l. 40. Tauri. gloss. 4. n. 16. & 48. Menoch. conf. 5. 19. n. 13. Tap. d. verbo sua. c. 14. n. 8. & 9. Azor. iustit. moral. p. 1. lib. 12. c. 8. q. 5. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 38. art. 3. & tom. 2. q. 6. 2. art. 1. 10. & q. 7. 8. art. 1. 2. vers. tertio probatur.

⁴ Communi iure censeri.] Notatur ad hoc, quod si vna Ecclesia, vel Monasterium vnitur alteri, assumit natum, priuilegia, & conuerit uides Ecclesia, cui vnitur, vt per Greg. Lopez l. 7. verbo de termino, in princ. tit. 2. o. p. 3.

⁵ Vi qui similem cum aliis vitam, &c.] Notatur ad hoc, quod qui similem vitam cum aliis suscipiunt, simili debent sentire in legibus disciplinam, vt per Ti- raq. de retractu lig. 5. 1. gloss. 8. n. 2. 5. Fr. Emman. d. tom. 3. q. 52. art. 25. Quilibet enim debet se conformare meritis Ecclesia in qua conuertitur, Zabar. in Clem. fin. de celebrat. Missar. n. 1. vers. quartu, vbi Vital. n. 52. Albert. de Ferraris de horis Canon. n. 36. Rot. apud Far. decisi. 7. 9. n. 2. p. 2. recent.

⁶ Ceterum donis ille, &c.] Notatur ad hoc quod tota dominus potest se ad strictiorum Religionem transferre, de quo vide Tap. in anth. ingressi. C. de Sacro. Eccles. verbo ingressu. o. 9. n. 3. 7. Fr. Emman. d. tom. 3. q. 52. art. 6. latè Sanch. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 7. n. 7. Ant. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesia existent. lib. 8. c. 4. à n. 2. 5. nouissime Bonacini. de clau- fura Religiosorum, q. 2. punct. 9. §. 2. n. 5.

S V M M A R I V M .

¹ Regularis Canonicus, qui non resignauit proprium in morte, non debet in cæmetrio sepeliri, & si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri posset.

² Religiosus proprium habens tempore mortis inuentus, non debet in loco sacro sepeliri.

³ Religiosus si inuentus sit in morte cum burfa denariorum, non propterea precipitante debet Ecclæstica sepultura primari, nisi contra ipsum prius opponatur.

C A P . Super. IV. Clem. III.

^C Anonicus Regularis, qui proprietari moritur, si penitentia, nō est sepeliendus in cæmetrio, & si sepeliatur, est exhumandus si fieri potest sine maximo scandalo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. But. Inol. Anan. Host. Henric. Anch. Panorm. Viulan. iuratio. lib. 3. iuris Pontif. pag. 333. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 496. remissione Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 6.

Probat hic text. quod Religiosus proprium habens tempore mortis inuenitus, non debet in loco facto sepeliri, & si de facto sepultus fuerit, inde extrahendus est, si absque magno scandalo fieri potest, vt per Nau. commento 2. de Regularibus. 2. Iul. Lauor. de Indulg. p. 2. c. 3. o. n. 1. 29. Sord. de alimento. tit. 8. priuileg. 79. n. 2. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 1. art. 1. vers. 1. 3. Sanch. precepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 20. n. 1. 1. Fr. Ludon. Miranda in manuali Prælat. tom. 1. q. 28. art. 1. 8. & recte aduertit Fr. Emman. d. loco, quod si Religiosus inuenitus sit in morte cum burfa denariorum, non propterea precipitante debet Ecclæstica sepultura primaria, nisi contra ipsum prius opponatur, talis burfa denariorum retentio, delictum propositum, & de ipso conuincatur.

S V M M A R I V M .

¹ Canonicus Regularis possunt prefici in Ecclesiis Parochialibus, seu curatis secularibus, & n. 2.

³ Monachi possunt de iure promoueri ad Ecclesiis parochiales seculares, quod bodie non procedit.

⁴ Parochie prouidendum est, qui sit gratius Ecclesia cui preficitur, & parochianus eius.

⁵ Monachus ineptus officio predicatori an possit sua conscientia prefici Ecclesia faculari curate, ostenditur.

⁶ Regulares de iure possunt promoueri ad Ecclesiis parochiales seculares, dummodo illarum concurrit necessitas, aut uirilis, quibus Regulares preficiendi sunt.

⁷ Monachi non sunt promouendi ad aliquas preficiendas parochialium sine socio sui Ordinis.

C A P . Quod Dei. V.

Innoc. III.

^C Anonicus Regularis potest prefici in Ecclesiis parochialibus, seu curatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. But. Inol. Anan. Host. Henric. Anch. Panorm. Viulan. iuratio. lib. 3. iuris Pontif. pag. 333. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 496. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2. referuntur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 6.

Hanc eandem concl. ex hoc text. defumunt Capu- taq. decisi. 8. 5. part. 1. Mandof. de signatura gracie, iii. de prouisionibus vers. Regularem, Nauar. conf. 1. 1. & 12. sub hoc tit. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. c. 10. n. 25. Less. de iustit. lib. 2. c. 41. num. 98. Layman in Theologia moral. lib. 4. tit. 2. c. 4. n. 1. quamvis Rebuff. in praxi it. de dispensat. cum Regularibus, n. 40. dicat Canonicum Regula.

De Statu Monachorum, &c. Tit. XXV. 325

Regularem non posse Parochiale obtinere Regulare, sed solum vbi praeficatur causa prædicationis, aut in subfdium alii deficentibus secularibus. Amplia, etiam si Parochia, seu beneficium Curatum sit secularre, ut per Card. Alexand. & alios in cap. Parochialis 16. q. 1. Selu. de benefic. p. 3. q. 70. Roch. de iure patron. in verbo honorificum, n. 8. & seq. & lenire videtur Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 11. dnm vult Canonicum Regularem translatum ad alium Ordinem non esse capacem beneficij secularium Curati, tamen enim innovere videtur non translatum esse capacem, vt confitit ibi faceta Congreg. de anno 1602. Rot. in Papier. iuris patr. 6. Marti 1598. coram Card. Seraphino, sed quamvis hoc viderim in Curia ad instantiam Canonicorum Regularium Lateranensium ita per aliquos Adlocutos refolutum, tamen non minimum mihi scrupulam intulit alia Doctorum resolutio afferentium dispositioni huius textus fuisse derogatum per Concordata Concilij Lateranens. cum Leone Papa, & sic etiam non licet Canonicis Regularibus secularia beneficia Curata obtinere, propterea significarunt plures Summi Pont. apud Sanch. inst. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 71. Nicol. Garc. d. c. 1. n. 21. Paul. Layman. d. c. 4. num. 1. in fine, vbi num. 2. post Fr. Ludovic. Miranda in man. Prelat. tom. 1. q. 32. art. 5. subdit hodie absque Papæ dispensatione non esse Canonicum Regularem ad Parochiale Ecclesiam promovendum.

In Lateranens. Concilio.] Sub Alexand. III. cap. 10.

³ Etiam Monachi possunt ad Ecclesiastarum parochial. &c.] Notatum ad hoc, quod Monachi possunt de iure promoueri ad Ecclesiasticas parochiales seculares, ut per gloss. hic verbo regimur, Hostien. num. 8. Ioan. Andr. n. 14. Butr. n. 11. Anch. n. 6. & 11. Abb. num. 7. & 8. Zabarel. n. 5. q. 2. & n. 7. q. 5. Anan. n. 6. 8. & 9. Henric. n. 15. Roch. de iure patr. verbo honorificum, q. 4. n. 13. Lambert. eod. tract. lib. 2. part. 1. q. 7. art. 19. a. num. 13. Quirin. ad. lib. 1. Ecclesiast. cap. 4. n. 16. Gregor. l. 2. 5. per text. ibi. verbo Iglesiast. tit. 7. p. 1. Selu. de benefic. p. 3. q. 11. n. 133. & q. 70. n. 6. & 7. Couarr. in cap. 1. n. 3. de testam. Nauar. conf. 12. sub hoc it, in nouis, Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Beneficium, §. 5. in fine, & p. 2. verbo Regulares, §. 4. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 2. lib. 3. cap. 20. n. 6. Gonzal. ad regul. 3. Cancel. gloss. 7. n. 49. Monald. conf. 6. 9. n. 4. vol. 2. Leff. de instit. lib. 2. c. 3. 4. n. 6. & cap. 4. 1. dubit. 1. 2. n. 9. Card. Tusch. litera B. concil. 6. 7. num. 4. Sylvest. verbo Religio 7. quest. 3. & 4. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 34. art. 4. & tom. 3. quest. 28. art. ultim. & quest. 5. art. 2. Azor. in inst. moral. part. 1. lib. 12. cap. 19. quest. 1. & part. 2. lib. 3. cap. 2. quest. 8. late, & eleganter Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 35. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 10. num. 17. Illustrissimus D. Rodericus à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 1. dist. 55. Quamvis Regulares incapaces esse beneficiorum curatorum secularium teneant Innoc. in presenti paulo post princip. Rebuff. in praxi benefic. titul. de dispensat. cum Regular. num. 5. & de pacificis possess. num. 2. 59. vers. 27. Mandol. de signatur. gratia. verbo dispensatio Monachorum pro obtinendis beneficis. Ludou. Gomez de expectatius, n. 70. Mench. de success. creat. lib. 3. §. 21. num. 170. in fine, Tap. in amb. ingressi, C. de Sacrosanct. Ecclef. verb. sua, cap. 6. n. 18. Flamin. de resignat. benefic. lib. 4. q. 5. num. 4. & 5. Cenall. communio. contr. commun. quest. 28. Hac autem dicta sunt attento iure antiquo harum Decretalium, nam hodie nullus Regularis est capax beneficij curati absque Pontificis dispensatione, quia ita obliterari videmus, & insuper emanavit quedam declaratio sacra Congregat. Concil. Trident. per quam

Barbos. Collect. Tom. II.

iam nulli Regulares possunt sine dispensatione Apostolica beneficia curata nec in perpetuum, nec ad tempus habere, quam declarationem referant Gonzal. d. gloss. 7. num. 53. Sanch. d. cap. 29. num. 71. Quarenta in summa Bullarij, verbo Canonicus Regularis, agnoscit Mari. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resol. 20. num. 13.

Sed Parochiani plebis eiusdem, &c.] Ergo in Parochia pronidendum est qui sit gratus Ecclesie, cui præficitur, & parochianis eius, ut per Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 4. n. 164.

Ex quo debet prædicationis officio, &c.] Ergo Monachus ineptus officio prædicandi, non potest tuta conscientia præfici Ecclesiæ seculari curata, ut tenent in presenti, Butr. num. 12. & Anan. n. 9. & alij copulatiu[m] petentes, ut Regularis ille sit aptus officio prædicandi, & curæ. Sed verius est si Regularis ille ad alia parochorum ministeria aptus sit, quamvis ad prædicandum ineptus, nil obstat quominus licet posset ei Ecclesiæ curatæ præfici, ut tenent expressè Lambertin. d. art. 9. num. 22. & Sanch. d. c. 29. num. 40. vbi dicit non obstat text. in presenti, quia intelligitur id esse privilegium prædicationis, id est, animarum cura, & doctrina, cui parochi incumbunt, eti non concionentur.

In gloss. Regimen, ibi, licet possum eligi ad regimen Ecclesiastarum utilitatis causa. Notatur ad hoc, quod Regularis de iure possum promoueri ad Ecclesiasticas parochiales seculares, dummodo illarum concurrat necessitas, aut utilitas, quibus Regularis præficiendi sunt, ut per Roch. d. quest. 4. num. 13. Fr. Emman. d. tom. 1. quest. 34. art. 5. in initio, Leff. d. cap. 4. 1. num. 99. & iuxta hoc temperandi sunt Lambertin. d. art. 19. num. 23. & Azor. d. part. 1. lib. 12. cap. 19. quest. 10. ad finem.

In ead. gloss. ibi, Sed in hoc differunt, &c. Hac glossa dicit Monachos non esse promotendos ad aliquas præfecturas parochialium sine socio sui Ordinis, scilicet de Canonicis Regularibus, nisi hi quoque commode illum habere potuerint, ut per Abb. his num. 9. Gregor. per text. ibi in l. 30. in fine, titul. 7. part. 1. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 6. in fine, referat alios illustrissimum D. meus in comment. ad c. 1. num. 14. dist. 55. Quamvis gloss. verbo ad classistrum in Clem. 1. §. ad hoc, hoc sit. & ibi Zabarel. n. 1. opposit. 4. & Anch. num. 32. q. 26. & in presenti, n. 9. & ibi idem Zabarel. num. 6. q. 4. & Ioan. Andr. num. 17. ac Anton. Cuch. lib. 3. in inst. tit. 6. n. 150. Azor. p. 1. lib. 12. cap. 19. q. 14. sic distinguuntur. Aut Ecclesia est Monasterio plenè subiecta, ita ut parochus illius possit ad nutum Abbatis reuocari ad Monasterium, & tunc necessario habere debet socium sui Ordinis, & procedant text. in presenti, & in c. hoc sit. aut non est subiecta, & tunc non est necessarius sui Ordinis socius. Religiosus autem factus Episcopus non obligatur ad tenendum secundum socium sui Ordinis, nisi ex quadam decencia & honestate, ita Azor. d. lib. 12. cap. 7. q. 4. Sanch. d. cap. 6. num. 21.

S V M M A R I V M.

- 1 Monachi quibus vestibus & cibis vii debent, & de abdicatione proprietatis, & de officiis in generale, & in specie, ostenditur.
- 2 Regularis linea camisia non vestiatur.
- 3 Religiosus proprium habens tempore mortis immitius, in sterquilino cum illo proprio est sepelendus.
- 4 Monachus habens proprium à Monasterio expellitur.

E e 7. Bene

BIBOSA
Ius Can.

2. 13.
CIVI
18.

326 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

- 7 Beneficia Regularia suapte natura, & regulariter sunt manualia.
- 8 Presentati ad beneficia Regularia possunt ad libitum Prelati renocari.
- 9 Monachus Abbatu contradicere non potest si velit eum ab officiis removere.
- 10 Prior clausuralis post Abbatem pro ceteris debet esse potens opere, & sermone.
- 11 Papa non potest dispensare cum Religiosis in particulari in hoc quod stante Monachatu simul etiam habeant proprium proprio, & stricto modo sumptum.
- 12 Papa an potest dispensare in voto solemini castitatis professi, ostenditur.
- 14 Declaratur test. in presenti.
- 15 Proprietatis virtutum est peccatum mortale in monacho, nisi ex materia primitate veniale reddatur.

C A P. Cùm ad Monasterium. VI.

- M**onachi non debent vti lineis camisis, nec possidere proprium aliquo modo, & si monitus non restituit, de monasterio expellatur, nec recipiatur nisi peniteat; & si cum proprietate moritur, proprietas cum ipso sepelatur in sterquilinio, & si aliquid alicui mititur, non sibi accipiat, sed resignet superiori. In oratorio, refectorio, & dormitorio semper silentium seruetur, in claustro vero certis horis, & locis seruetur secundum consuetudinem. In refectorio nullus vesecatur carne, sed nec extra, nisi in infirmitate. Abbas in solemnitatibus non egreditur cum multis ad edendas carnes, & in camera sua potest Abbas modo hos, modò illos vocare, & dare carnes. Dabiles, & infirmi non in cubiculis, sed in infirmitaria edant. Potest etiam Abbas in refectorio prouidere alicui delicato, vel infirmo, de aliquo cibo particuliari. Ad officia deputentur fideles, discreti, & amonibiles. Prior post Abbatem valeat verbo, & exemplis. Abbas quando frequentius potest, sit cum Fratribus in Conventu, & si non servat, vel est negligens, puniatur. Abbas non potest super proprietate, nec ini castitate dispensare, immo nec summis Pontificis colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabat. Ioan. Andri. Bur. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Panorm. Cened. collect. 124. Vitian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 334. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 496. remissione Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 27. cap. 2.
- 2 Ne quis de cetero Monachorum lineis camisis, &c.**] Notatur ad hoc quod Regulares lineis camisis non vestiuntur, vt per Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. q. 72. art. 1. in princ.
- 3 Ne quis Monachorum proprium aliquo modo possidet.**] Vide dicta ad c. 2. n. 2. sup. hoc tit.
- Beatus Gregorius.**] Lib. 4. Dialog. c. 55. ex Courte. var. lib. 2. c. 1. n. 11. pag. 2. in fine.
- Ipsa cum eo in signum perditionis, &c.**] Notatur ad hoc quod Religiosi proprium habens tempore mortis inuenient in sterquilinio cum illo proprii, siue tota pecunia est sepelienda, vt per Zabarell. hic num. 1. notab. 2. Jacob. de Graff. in auris decisi. part. 2. lib. 3. cap. 19. num. 5. Surd. de alimentis. tit. 8. q. 1. 7. 9. num. 2. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. q. 6. 1. art. 1. vers. 13. Verum aequitas solam proprii, seu pecuniae partem sepeliendam suadet, ne tota perdatur, vt citati adhernet, ultra quos tradunt etiam in presenti Hostiens. num. 7. Ioan. Andri. num. 4. Anch. num. 10. notab. 5. & Abb. num. 15. Gregor. l. 14. gloss. 3. tit. 7. part. 1.

Sanch. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 20. n. 11. vbi adhernet quodlibet citati Doctores dicant hanc quantitatem debere esse tringinta nummos, quod tandem Christus Salvator noster, & Ioseph venditi sint, in eo tamen se non innenisse fundamentum profiteretur, ac proinde satis esse aliquam illius pecunia partem cum eo sepeliri in signum perditionis, & aliorum terrorem; additque hanc pecuniam non incurri à dantibus sine licentia superioris, sed à possidentibus proprium, quia de his clare loquitur textus.

De Monasterio expellitur.] Notatur ad hoc quod Monachus habens proprium à Monasterio expellitur, vt per Sanch. d. cap. 2. o. num. 12. vbi cum Abb. in presenti n. 13. rechè adhernet eam expulsionem correctam esse per cap. fin. supr. de Regular. quod expulsionem interdicit, inbetque eum Religiosum alias expellendum deputandum in Monasterij ergaclus, quo pœnitentiam agat. Sie etiam attento Concil. Trident. session. 15. de Regular. cap. 2. in fine, si Religiosus proprium habens deprehensus fuerit, aut connictus priuatis est biennio voce astuta, & paluia, atque iuxta sui Ordinis constitutions pœnindus.

Nec alicui committatur obedientia aliqua, &c.] Notatur ad hoc, quod beneficia Regularia suapte natura, & regulariter manualia sunt, vt per Rebuff. de pacificis possess. num. 274. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 12. cap. 7. num. 21. Nauar. comm. 4. de Regular. num. 2. 5. vers. 3. Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 3. num. 8. 1. & 9. 1. Nicol. Garc. de benefic. part. 1. cap. 2. num. 66. Azot. inst. moral. part. 2. lib. 3. o. 26. quasi. 15. & 16. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 5. & 6. num. 6. & gloss. num. 7. Sanchez d. lib. 7. cap. 29. num. 10. 4. nouillimè Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 11. num. 100. Cassiad. decisi. 4. num. 2. & 3. de prebend. Rot. in Sorana beneficij 26. Iunij 1624. coram Reuerendiss. P. D. Merlino in vers. Alterum autem, vbi in vers. sequenti ponit aliqua, quæ conuenient manualitati, & in Eugubina capellante 4. Iulij 1618. coram bona mem. Buratto, inter eius impresas decisi. 346. vbi bona & late annotatio D. Ferentili. Vnde ad libitum Prelati possesse renocari tenent Nauar. tom. 3. de Regular. n. 12. vers. ex quibus, & num. 23. vers. 4. & consil. 20. num. 12. sub tit. de Regularib. in antiqu. alias consil. 1. 4. 7. 12. sub hoc titul. in nouis, Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 34. art. 2. Azot. d. cap. 26. quest. 2. 13. & 14. & part. 1. lib. 12. cap. 9. 9. 8. & cap. 22. quest. 10. Lesside insit. lib. 2. cap. 41. dub. 12. num. 98. Sanchez. d. cap. 19. num. 111. vbi n. 114. adducit Regularem non posse iunari pacifica possessione triennali talis beneficii ne molestari possit, & num. 115. pariter deducit spoliatum Regularem huiusmodi beneficiis ab Abbate absque ista causa non posse agere de possesso contra illum, petendo se ad pristinam possessionem restituiri, & num. 125. querit quid si Abbas promisit Regulari se non revocaturum, an sit integrum ei revocare?

Ordinatij non possunt beneficium de manuali perpetuum constituere, Rot. decisi. 163. num. 4. & decisi. 308. num. 4. in fine, p. 1. recent. & in Lucana Iurifictione de Podis 23. Marij 1620. coram Reuerendiss. Selencien. & in Nicien. Prioratus 13. Iunij 1622. coram bona mem. Buratto, & in Sorana beneficij 28. Februarij 1625. coram Reuerendiss. P. D. Merlino.

Sine contradictione aliqua.] Notatur ad hoc, quod Monachus Abbatu contradicere non potest si velit eum ab officiis removere, & priuare, vt per Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. q. 18. art. 1.

Prior

De Statu Monachorum, &c. Tit. XXXV. 327

10 Prior autem pre ceteris, &c.] Notatur ad hoc, quod Prior Claustral, hoc est, secunda persona in Monasterio vbi Abbas praeft. p[ro]x[imo] ceteris post Abbatem potens esse debet opere, & sermone, ut per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 8. n. 118.

Nec estimet Abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare.] Aduerce quod licet Regulares possint de licentia Praefati habere administrationem temporalem, & vsum quorundam bonorum, non tamen possunt habere dominium, & proprietatem. Calder. conf. 2. in princ. vers. & ratio, de Regul. Carol. Tap. in auth. ingressu, c. 3. n. 5. Iacob. de Graff. in aures decis. p. 2. lib. 5. c. 18. n. 23, & ideo in c. 2. hoc tit. Butr. n. 20. Abb. n. 4. & communiter Doctores notant quod Abbas non potest dispensare cum Monacho, vt tenet pecuniam tanquam proprium, sed quoad administrationem, & idem in pensione tradunt Panormi. in cap. n[on] s[ed] essent, n. 12. de proband. Carol. Tap. vbi supr. n. 4. Iacob. de Graff. d. c. 18. n. 47. Rot. in nullius, seu Caputag. pensionis 18. Aprilis 1616. coram bone memor. Andrea, vbi post Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 1. art. 4. post princ. vers. differt tamen, obseruat in hoc differe Religiosis Societas Iesu ab aliis Regularibus, quod isti, qui emiserunt tria vota, possunt ad tempus arbitrio superioris retinere dominium bonorum, sed sine v[er]o & administratione, ceteri vero possunt tenere administrationem, & vsum, non tamen dominium.

Negari igitur non potest quin illa facultas retinendi ius, & dominium bonorum suorum in persona Regulari attento iure communii quodammodo afficiat, & limite votum paupertatis, etiamsi de illis non possit ad libitum disponere, & sit etiam parata arbitrio superioris illud dominium a le abdicare, Less. de instit. lib. 2. cap. 4. dub. 8. num. 70. ad med. vers. nihilominus, & num. 71. vers. secunda est; unde necessaria fuit auctoritas Romani Pontif. ex ea causa potest super huiusmodi voto paupertatis cum monacho etiam remanente monacho dispensare, vt post Innoc. in presenti, n. 2. est communis opinio Canonistarum hic, & in cap. non dicatis 12. quest. 1. vbi Præfop. num. 12. in 1. conclus. & num. 13. dicit communem, propterea etiam Nanar. ibid. in commento 2. de Regular. num. 17. facetus communem, licet ab ea difcedat, Couar. cap. 2. num. 10. & seq. de testam. Gregor. Lop. l. 2. verbo no p[ro]deo, tit. 6. part. 1. Nicol. Gare. de benef. part. 7. cap. 10. num. 60. & 91. Fr. Emman. vbi supra, in vers. cui obiectio[n]i, qui omnes ita respondent text. in presenti, in fine, vbi dicitur quod abdicatione proprietas, sicut & custodia castitatis, ad e[st] annexa regula monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere, vt scilicet intelligatur sine causa, non autem cum causa. Et ratio est, quia voto paupertatis, & illius substantia non tam repugnat dominium, quam v[er]o, & sola Ecclesiastica constitutione Monachus est incapax dominij, quo si ut Papa qui est supra ius & Ecclesiasticas constitutiones recte possit illum facere habilem & capacem dominij, etiam manente monacho, modò quo ad vsum religiosam paupertatem seruet, & sit paratus arbitrio superioris quandocunque dimittere, vt in puncto declarat Vafq. i. 2. tom. 2. diffit. 165. cap. 6. per tot. Less. de instit. lib. 3. cap. 4. dub. 5. num. 26. vers. vbi notandum, Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 1. quest. 10. art. 3. in conclus. larissime Ribaden. de rat. instit. Societatis, cap. 18. Couar. d. c. 2. num. 12. Nicol. Garc. vbi supra, num. 64. & 87. Vnde Gregor. XIII. in sua confit. incip. Quanto fructuosius, in vers. quod vero ad paupertatem, sub dat. Roma Kalend. February 1582.

Barbol. Collect. Tom. II.

& in alia incip. Ascende[n]te Domino, in vers. & licet sub dat. 8. Kalend. Junij 1584. exp[re]sse concedit, vt qui emiserunt tria vota simplicia in Societate Iesu (qua verè & propriè faciunt Religiosum, vt dissimilatum est in dictis constitutionibus) possint retinere ius, & dominium bonorum suorum ad effectum ea distribuendi in p[ro]s v[er]o; & secundum statuta dicta Religionis autoritate Apostol. confirmata ante solemnem professionem possint Religiosi Societatis Iesu retinere beneficia qua ante ingressum habebant; ex quo Rota in d. nullius, seu Caputag. pensionis, extendit per plura fundamenta ad pensiones, itavt sicut non vacant beneficia per tria vota simplicia in Societate Iesu emissa, ita etiam non extinguuntur pensiones.

Quia abdicatione proprietatis, &c.] Notatur ad hoc, quod Summus Pontifex dispensare non potest cum Religiosis in particulari in hoc quod stante Monachatu simul etiam habeant proprium proprio, & stricto modo sumptum, quod dominium, ad instar, quo illud habent ceteri seculares; ita docent, ac in his terminis hunc text. procedere auit Navar. in cap. non dicatis 12. quest. 1. num. 17. D. Thom. sibi contrarius in 4. dist. 38. quest. 1. artic. 4. quastione. 1. ad 3. Caet. 2. 2. quest. 88. art. 11. Sot. de instit. lib. 10. q. 5. art. 10. Cordub. in suo quest. lib. 1. q. 24. Couar. ad cap. 1. de testam. num. 10. Azer. d. part. 1. lib. 12. cap. 7. quest. 4. Barthol. à S. Fausto in thesaur. Religiosorum, lib. 8. quest. 25. Fr. Ludou. Miranda in manu[m] Prelatorum, tom. 1. quest. 28. art. 3. Advertendum est abdicatione proprietatis non intelligi abdicationem domini, cum etiam retento domino possit esse vera Religio, sed abdicationem v[er]o sine licencia Praefati, vt docent Fr. Bafil. Pont. part. 1. var. diffit. 9. 3. scholasticas, & de impedimentis Matrim. c. 1. §. 3. vers. addendum.

Sicut, & custodia castitatis, &c.] Notatur ad hoc, quod Papa dispensare non potest in voto solemnis castitatis professi, vt docent, & multis tuentur gloss. hic, verbo abdicatione, & in cap. sunt quidam, verbo Apostoli 25. q. 1. S. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 11. Sylvest. verbo votum 4. quest. 5. Abulens. cap. 30. Numer. quest. 109. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 11. col. 9. vers. propter hec argumenta, Sot. de instit. lib. 7. q. 4. art. 2. & in 4. dist. 39. quest. 2. art. 2. Mandol. de signature gratia, verbo voti communatio col. pen. vers. verum opinio negativa, Barthol. de Ledesma de Matrim. dub. 33. in fine, Petr. de Ledesma in summ. part. 2. tract. 10. cap. 8. pag. 549. cum seqq.

Contrarium vero opinionem, immo id posse Summum Pontif. iure optime tuentur in presenti, Innoc. num. 1. & 4. Ioan. Andr. num. ultim. Hostiens. n. 30. cum seqq. Butr. num. 28. Abb. num. 21. Zabarell. num. ultim. Anchar. n. 24. & Henric. num. 9. & 10. Cou. in cap. 2. num. 10. & 11. de testam. Gregor. L. 4. verba castidad, tit. 8. Nanar. in man. cap. 12. num. 77. in fine, & continuum 2. de Regular. num. 5. & de redditib. Ecclesiast. q. 1. monitu 55. num. 9. & sub tit. de conuers. coniug. cons. 1. num. 3. in antiqu. alia cons. 2. num. 3. in novis, & sub tit. de forsaliib. cons. 3. num. 8. in antiqu. alia cons. 1. 2. num. 8. in novis, Anton. Gom. 40. Tauri, n. 66. Tiraq. de panis temper. in prefat. num. 46. & de nobilit. c. 20. num. 186. Menoch. de arbitr. casu 421. num. 10. & de presumpt. lib. 2. pref. 10. n. 35. Mench. de success. creat. lib. 2. §. 3. num. 303. Mozz. de contrah. tit. de Matrim. §. fin. n. 12. Bonacol. commun. crimin. p. 2. verbo Papa, fol. 58. Cott. in memor. verbo filius 7. Matiens. 1. 1. gl[ori]f. 1. n. 20. tit. 7. lib. 5. noua recop. Mich. Mench. de sacrorum hominum continent. lib. 5. cap. 7. cum seqq. Henric. in sum. lib. 11. cap. 8. §. 11. & lib. 12. cap. 5. §. 4. Gutier. canon. E e 2 lib. 18

REOSA
lus Can

213.
CVI
18

328 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

lib. 1.c.17.n.5. & de Matrim. c. 23. à princ. Brunor. à solo in locis communibus verbo. Papa dispensare cum Monacho, Cabed. de Vafeoncellos diuers. iuris arg. lib. 3. t. 5. Cenal. commun. contra commun. q. 343. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 10. n. 83. Ant. Gom. in exposit. Cruciatæ claus. 10. à n. 105. Spin. in specul. testam. gl. off. 2. princ. n. 62. & gloff. 2. n. 21. & 23. Gam. Lusit. decif. 37. n. 1. Ioan. Ramirez de confirmat. Ordinis D. Iacob. c. 5. num. 25. Motta cod. truct. lib. 2. c. 1. §. 12. à n. 7. & c. 2. §. 8. à n. 7. Valent. tom. 3. disp. 6. q. 6. punt. 7. Cald. Pereira de nominat. emphy. q. 20. n. 29. & 32. Sayr. in clavis Regia, lib. 6. c. 11. n. 26. cum seqq. Fr. Enman. quest. Regul. tom. 1. q. 2. 5. art. 1. & 2. & q. 26. art. 1. & tom. 3. q. 1. art. 5. & 8. & q. 29. art. 6. Vafq. 1. 2. tom. 2. disp. 16. n. 104. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 6. 7. q. 1. & seq. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 8. n. 6. & in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 2. num. 9. noue Ioan. Valer. de differentiis inter virrumque formam, verbo dispensatio, differ. 6. n. 5. Barth. à S. Fausto in thesauro Religiosorum, lib. 3. q. 36. Ribadeneira in libro pro defensione Societatis I E SV, c. 15. 17. & 18. Leff. de iustit. lib. 2. c. 40. dub. 14. Rebell. de obligar. infirme. p. 2. lib. 3. q. 4. n. 8. Fr. Basil. Pont. d. 5. remissione Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. C. n. 334. plures alios Doctores ex antiquioribus refert Cened. d. collect. 12. 4. n. 4. Et iuxta hanc communem, & veram sententiam dispensatum fuisse cum Ramiro Rege Aragonum, ut relata Religione, & Episcopatu Regnum suscipiteret, & vxorem, ut attestantur Paulus in 4. disp. 38. q. 4. art. 4. Lucius Marinus Siculus lib. 8. de memorab. Hispania, cap. vlt. Ioan. Vafe. in chronic. c. 18. Barthol. à S. Fausto d. q. 36. n. 6. & cum Constantia filia Rogerij Regis Siciliae, & Neapolis professa in Monasterio Panormitanio, ut Religione deserteret Henrico V. Federici Imper. filio dispensasse Cœlestium III. referuntur Cened. d. collect. 12. 5. num. 5. Pined. in vita D. Joannis Baptiste, lib. 1. art. 1. cap. 6. pag. mibi 8. Barthol. à S. Fausto d. q. 36. num. 6. in fine, Franc. Molin. deriu. nupt. lib. 1. comp. 19. num. 124. Et similiter per Alex. II. dispensatum fuisse cum Nicolao Iustiniano Sacerdote monacho in Monasterio S. Nicolai Ordinis S. Benedicti ad instantiam Vitalis Venetorum Ducis, dicunt Barthol. à S. Fausto d. q. 36. n. 5. & Pineda in Monarchia Eccles. p. 4. lib. 25. c. 7. §. 1. pag. mibi 84. Et etiam Alexandrum V. I. dispensasse cum Cesare Diacono Cardinali, ut vxorem diceret filiam Ducis Valentiniiani refert idem Cened. d. n. 5. & noue dispensasse Gregor. XII. cum fratre illustrissimi Card. Loyola. Galli Sacerdote professio, & provinciali Ordinis Capucinorum, refert Bartholom. à S. Fausto d. quest. 36. à num. 8.

¹⁴ Huius tamen textus difficultatem varie solvunt Doctores. In primis, Ferdinand. de Mendoça lib. 2. de confirmingo Concilio Illeboritano c. 30. in hoc text. Summi Pontificis nomine censet intelligi Episcopum, atque ideo illi non licere in votis solemnibus Religiosorum dispensare, ex ea quia in Europa, & Asia Episcopos olim Summos Sacerdotes, Summoque Pontif. apud antiquos patres fuisse appellatos, tradit Isid. lib. 7. etymolog. c. 12. & colligitur ex Anacleto Papa epist. 2. ad Episcopos Italiae, & Melchiade in epist. ad Hispanos Episcopos. Sed hanc nouam interpretationem meritò referunt recentiores. Quare legitima, & genuina huius cap. interpretatio est, que & communis, scilicet in sensu composito, id est, cum Monacho manente Monacho, quasi diceret non posse Pontificem ista duo componere, scilicet proprium retinere, castitatem non servare cum statu Religiosi, id est, indulgere licentiam, ut cum proprio, & sine castitate viuens Mon-

achus sit, non tamen negat quin possit cum eo dispense in sensu diviso, id est, faciendo de Monacho non Monachum, & extrahendo eum à Religione, ita interpretantur præ ceteris Palud. in 4. disp. 8. q. 4. art. 3. concl. 11. Leff. d. lib. 2. c. 40. dub. 19. Fr. Basil. Pont. d. 5. ver. sed quoniam, Nicol. Garc. d. c. 10. n. 92. & 93. Valer. Reginald in praxi fori parvæ lib. 18. num. 398. ver. neque, breviter Sanch. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 1. n. 16. Barthol. à S. Fausto d. q. 36. n. 1. & lib. 7. q. 48. Nam Pontificis obligationem voti in Religioso remittent nomine Dei, sicut aliorum votorum obligationem, cùm eadem sit in voto solemni & simplici, cap. rursus, qui Clerici, vel videntes, solemnitas autem cùm sit introducta in re positio cap. omne de voto, lib. 6. tollitur etiam potestate Ecclesiastica, & præterea cùm materia voti obediencia sit promissa facta homini, hoc est, Prælato, & ipsi Pontifici, qua promissio confirmatur voto, non acceptata, aut reiecta promissione cessat obligatio voti obediencia, ea autem cessante, cessat etiam obligatio paupertatis, & castitatis, qua tantum in eo statu promissa sunt, huius enim text. sensus est Religiosum statum constare essentialiter tribus votis, paupertatis, castitatis, & obediencia ex institutione Christi, & ita non posse Pontificem facere, ut permaneat ille status aliquo ablatu voto paupertatis, castitatis, aut obediencia, ita nouissime Basil. Pont. in suo tratt. de Sacram. Matrim. lib. 8. cap. 1. num. 13.

In gloff. In sferquilino, ibi, quia in mortali peccato, 15 decepit. Vide Nanan. in cap. si quis, il. 1. n. 3. de penit. dist. 7. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 1. num. 78. Vitium enim proprietatis est peccatum mortale, nisi ex materia prauitate veniale redditum, Nanan. Sub rit. de Regular. conf. 7. n. 18. in 1. edit. alias conf. 3. n. 18. sub rit. in 2. Fr. Enman. quest. Regul. tom. 3. q. 29. art. 10. concl. 8. Azor. d. lib. 1. c. 16. Rebell. de obligat. infinit. p. 1. lib. 3. q. 15. sect. 3. n. 22.

S V M M A R I V M .

1. *Multa statuuntur circa Concilia Regularium priuinalia celebranda singulis trienniis, & visitatores eligendos, & ipsorum officium.*
2. *Condemnari si quis mandet non obstante existente, non intelligitur excludere legitimam.*
3. *Verba, penitus amoendum, latam sententiam continent.*
4. *Collegium totum recusari potest propter caput suum.*
5. *Superior alicuius tribunalis ubi est suspectus, omnes eius officiales sunt pariter suspecti.*

C A P. In singulis. VIII.

Ex Concil. gen. Lateran.

C apitulum Proninciale Regularium singulis trienniis fieri debet in uno monasterio ad hoc approbat. Abates, & Priors, qui Abbatem non habent, nec consueverint celebrare, tale Capitulum convenire debent, & singuli non ducant secum placitum lex equitaturas, & octo personas, salvo iure diocesanium Pontificum, & qui non consueverint facere Capitulum, vocet duos Abbatibus Cistercienses pro confilio, & auxilio. Capitulum dñret aliquot certis diebus secundum morem Cisterciensium, in quo agatur de reformatione, & obseruancia Regulari, & qua determinantur serueretur, & prouideat de loco pro frequenti Capitulo.

De Statu Monachorum, &c. Tit. XXXV. 329

pitulo. Item coenientes viuant communiter cum omnibus expensis proportionabiliter, & commoren-
tur simili, vel plures simili in diversis domibus. Item
eligant Religiosas personas, que visitent singulas
Abbas Regni, etiam Monalia; & auctoritate Apo-
stoli, visitent, corrigan, reformat, & si rector esset
ammonitus, moneant Episcopum, qui si non auget,
moneant Papam. Item idem feruent Canonici Regu-
lares. Item diocesani reformati Monasteria sibi sub-
iecta, nec finant ea grauari a visitatoribus. Colligunt
ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan.
Andr. Imol. Butr. Anan. Holtensi. Henric. Anch. Panorm. Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 337.
Alagona in compend. iuris Canon. pag. 497. remissione
Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Ant. August.
collect. 2. Decretal. lib. 3. sub tit. 12. de statu Religio-
rum, c. 1.

² Omnia excoemone, &c.] Notatur ad hoc, quod si non
obstante excusatione mandetur quis condemnari, non
intelligunt exclusa legitima, ut per Rebus. in compend.
alienat. n. 48.

³ Peccatum amonendum.] Hæc verba latam sententiam
concent, ut per Tiraq. in l. si vnguam, verbo rever-
tuor. n. 17. 2. Sayr. in clavi Regia, lib. 8. cap. 8. num. 26.
in med.

⁴ In gloss. Appellatione, ibi, nisi ex noua causa. Notatur
ad hoc, quod propter caput suspectum potest totum
Collegium recusari, ut per Felin. in cap. causam, que,
n. 1. verbo faciat, de officiis delegati. Boët. decif. 2. 69.
Petri l. 1 tit. 5. lib. 1. Ordin. pag. 570. Menoch. conf. 9. 4.
num. 11. Ioseph. Ludou. decif. 108. Prosp. de Augustino
in addit. ad Quartar. in summa Bullarij, verbo Concilium
provinciale, num. 12. Sigism. Sac. de appellat. quest. 174
alias 16. num. 16. Catal. in explicat. ad aliquas leges nouae
recop. 9. n. 22. Roland. cors. 19. n. 5. & 2. num. 12. lib. 3.
Catana super rita Magna Curie, ritu 265. mon. 27.
Lancel. de atten. 6. n. 37. Card. Tusci. verbo suspeccio,
concl. 9. 7. n. 8. Jacob. de Laurent. de indice suspeccio, sc. 3.
n. 17. & 19. Farinac. fragmen. crimin. p. 2. verbo index,
num. 711. quod quidem procedere, quando vere Col-
legij caput propter suam præminentiam iustum pro-
ducere suspicionem, utpote quia esset Episcopus Cap-
ituli, seu Praelatus Collegij, sine quo Capitulum non
esset, docent, Vinian. opin. 8. 67. n. 3. Jacob. de Laurent.
d. c. n. 20. Sic etiam ubi superior alius Tribunalis
est suspectus, quod omnes eius officiales sint pariter
suspecti, teneat Menoch. conf. 9. 4. num. 11. Jacob. de
Laurent. d. cap. 3. num. 18. & 19. Farinac. d. verbo index,
num. 714.

S V M M A R I V M .

- 1 De correctione Monachorum, Abbatum, & Visita-
torum hic tractatur.
- 2 Abbates, & aliorum Regularium prefecti visitan-
di ius habent Monasteria, aliisque sibi subiecta
loca.
- 3 Iurisdictio, sive correcatio in grauioribus criminibus
Regularium ad solum Abbatem, paucis quibus-
dam exceptis, pertinet.
- 4 Religiosorum delinquentium multitudini non parci-
tur facientium contra votum, aut obseruantiam
Monachalem.
- 5 Prelati expurgare debent suam Congregationem a
malis, eos determinando, ne alios inficiant.
- 6 Declarat. Concil. Trident. scilicet 25. de Regularibus,
cap. 14.
- 7 Diffensatio loquens de Monachis habet locum in
Monialibus.
Barbol. Collect. Tom. II.

- 10 Clerici secularis tenentur interesse diuinis Officiis
Cathedralium Regularium, & Monachis eiusdem
se conformare.
- 11 Episcopus de iure communi, exceptis iis, que con-
cernunt Regularia instituta, habet omnimo-
dum iurisdictionem in Monachos Cathedralis Re-
gularis.

C A P . E a , quæ . V I I I . & vlt.

Honor. III.

V Isitatores inquirant, & Monachos delinquen-
tes faciant per Abbatem corrigi, & consumaces
ac rebelles iuxta modum culpe puniant, & ouem
morbidam eiiciant ouili. Si Abbates in corrigo-
nem secundum mandatum visitatorum in se ipsis, seu Mo-
nachii inueniantur negligentes, in Capitulo generali
publici puniantur, ita ut pena sit exemplum alii. Si
Abbas non exemptus inueniatur negligens nimis, &
remissus, deferatur diocesano loci, qui dabit coadiutor-
em vñque ad Capitulum generale, & si era lapidator,
anovet illum sine strepitu iudicij, & ponat ad-
ministratore idoneum vñque ad Capitulum gene-
rale. Si Episcopus in hoc est negligens, visitatores,
vel presidentes Capituli generalis de hac negligentia
Episcopi Sedem Apost. moneant. Item quod faciunt
Episcopi in non exemptos, faciant visitatores, & pre-
sidentes Capituli generalis in exemptos, solum dis-
positio reservatur Papæ, sed interim suspendant oppo-
situm administratoribus. Item subsequentes visitatores,
& Abbates inquirant de praecedentibus, & nuntient
Capitulo generali. Item in Monasteriis Monachi, vel
Abbates non recipiant Clericos secularis ad Præben-
das, & qui habent non se immisceant in spiritualibus,
& si sint criminosi puniantur a visitatoribus,
exempti ab Episcopis, non exempti priuenter benefi-
ciis. Denique hæc omnia seruentur in Monasteriis
non habentibus Abbates, sed Priores, & in Moniali-
bus, qua eis congruant. Colligunt ex Ordin. Abb.
antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan.
Butr. Holt. Henric. Anch. Panorm. Vinian. in ration.
lib. 3. iuris Pontif. pag. 359. Alagona in compend. iuris
Canon. pag. 498. remissione Casal. in annot. & Ximen.
in concord. p. 1. & 2.

Secundum statutum generalis Concil.] Scilicet Late-
ranens. sub Innoc. III. cap. 12. quod est relatum supra
cap. proximo.

Ad visitationis officium, &c.] Notatur ad hoc, quod
Abbates, Priores, & alij Regularium prefecti visitan-
di ius habent Monasteria, aliisque sibi subiecta loca, ut
per Azor. inst. moral. part. 2. lib. 3. c. 40. q. 9. vbi etiam
refert quod solent in Regularium annuis, vel trien-
naliibus Conventibus, que Capitula generalia vocant,
aliqui ex Conventu Religiosi, probique viri eligi-
tanquam idonei ad visitationem obeundam, qui non
virorum solum, sed etiam Monialium cœnobia visitare
queant.

Diligenter inquirant.] Etiam sine infamia, ut per
Duen. reg. 298. ver. limita 18.

Et tam in spiritualibus, &c.] Notatur ad hoc, quod
iurisdictio, sive correcatio etiam in grauioribus crimi-
nibus ad solum Abbatem, paucis quibusdam exceptis,
pertinet, non solum si agatur ad correctionem iuxta
Regularia instituta, sed etiam si agatur ad penam iu-
ris, & via ordinaria, ut per Bened. Capt. tom. 1. commun.
opinion. lib. 1. tit. 1. n. 26. pag. 194.

Non parcendo, &c.] Notatur ad hoc, quod multitudi-
ni Religiosorum delinquentium facientium contra

E e 3 votum

BIBOSA
lus Can
2051
CVI
18

330 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

vōnum, aut obseruantiam Monachalem non parcitur,
vt per Tiraq. de penit. temp. conf. 45. num. vlt.

7 *Quin ouem morbidam eliciant, &c.]* Notatur ad hoc,
quod debent Praelati expurgare suam Congregatiō-
nē à maliis, eos determinando, ne alios inficiant, vt
per Fr. Erman. quest. Regul. tom. 3. q. 34. art. 9. refert
Illiſtriss. D. mens Roder. à Cunha in comment. ad c. 1.
n. 3. dift. 86.

8 *Si vero Abbates in corrigendis, &c.]* Hodie attenta
noua dispositione Concil. Trid. ſeff. 25. de Regulari. c. 14.
Regularis non subditus Episcopo, qui intra clauſtra
Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt
populo scandalo ſit, debet Episcopo iſtante a ſuo Su-
periore intra tempus ab Episcopo praefigendum ſenare
puniri, qui superior de punitione Episcopum certio-
rem faciat, ſi minus, a ſuo Superiori officio priuari,
& delinquens ab Episcopo puniri poterit. Deinde ema-
nabit Bulla S. D. Clement. V III. contra Superioris
non priuantes ſuos ſubditos iuxta formam illius De-
creti ſub pena priuatiōis ipsi facto dignitatum, &
officiorum, & inhabilitatis, incipient. *Sufcepit muneris,*
Romæ publicata die 18. Martij 1595. eius tenorem
refert Quarant. in ſumma Bullarj. verba exemplio, & de
ea teſtatur Aloy. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decif.
950. in 1. edit. & refut. § 46. in princip. in 2. edit. Prax.
noua Episcop. Piaſec. p. 2. c. 3. n. 44. vbi n. 43. ex Marc.
Anton. Genuensi. refoluit poſte Regularem in caſu il-
lius Decreti comprehenſum in delicto deduci ad car-
cerem Episcopi, & ſucepta informatione ſuper delicto,
dummodo ſine mora ſumatur, remitti cum copia pro-
cessus ad ſuum Superiorum puniendum cum praefini-
tione termini. Multa, que circa intellectum, & mate-
riam illius Decreti deſiderari poſſunt, dixi in meo trah.
de offic. & poſteſ. Episcop. p. 3. alleg. 105. & nam. 18. & ibi
diſ. addendum duxi me vidife propria, & originalia
reſponſa ſacra Congreg. Cardinal. Concil. Trid. inter-
pretum edita ſub die 19. Septembr. huius anni 1625. ad
quædam dubia proposita per D. Ioan. Cebicos Theſau-
rarium Cathedrals Ecclesie Manila Metropolitana Philippi-
naru[m], inter quæ, quod attingit ad d. cap. 14.
Concil. Trid. ita habetur. Cum c. 14. de Regulari ſeff. 25.
det normam Episcopo procedendi in castigando deli-
cta Regularium, qui degunt intra clauſtra, & extra
ea notoriè cum scandalo delinquunt; dubitatur an
Episcopus ſtatiu[m] habita notitia delicti poſſit capere
informationem, & illam ad Superiorum Regularium
mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam
præſumere? Congreg. reſpondit poſſe. Dubitatur etiam
an ſufficiat, quod Episcopus unica vice Superiorum
Regul. rei moneat, eique terminum praefigat ad ca-
ſtigandum ſubditum delictum; nam Religiosi aliqui in
libris ab eis editis explicando verbum, inſtant, aſſer-
rant neceſſe eſſe Episcopum monere, ac requiri-
re diſcum Superiorum duabus, vel tribus vicibus. Con-
gregat. reſpondit ſatis eſſe, vt Episcopus ſemel inſtit
Superiori Regulari, eique tempus praefigat ad eiusdem
Concilij praefcriptionem. Deinde dubitatur eo quod eod-
em c. 14. Superior Regulari praecipitur, quod Episco-
pum certiorem faciat de punitione intra tempus ab
eodem Episcopo praefixum, an ſufficiat, quod Superior
Regularis ad Episcopum mittat copiam tantum len-
tentiar, vt Religiosi dicunt, vel debeat remittere acta
omnia ſuper delicto actitata ad effectum, vt Episcopus
videre poſſit ſi in hoc adimpta fuerint verba Con-
cilij in d. c. 14. leuerè puniatur, necne: Congreg. reſpon-
dit non ſufficiere, vt Superior Regularis lententiam,
aut etiam acta ad Episcopum tranſmittat, ſed opus
eſſe, vt de punitione ipſa, & lententia executione
Episcopum certiorem faciat. Denique dubitatur, an
quod conceditur Episcopo in praefato cap. Super Regula-

ri, qui intra clauſtra Monasterij degit, & extra ea no-
torie cum ſcandalo deliquerit, intelligatur etiam cum
delictum commiſſum fuerit intra Eccleſiam, vel clau-
ſtra? Congreg. reſpondit facultatem Episcopo attri-
butam in Regulares notoriè, & cum ſcandalo extra
clauſtra delinquentes vendicare ſibi locum etiam cum
Regulares notoriè, & cum ſcandalo intra Eccleſiam
delinquent, non ita ſi intra clauſtra. Haec tamen declar-
ationes ſacra Congregat. quas quidem originales &
authenticas vidi. nec in earum comprobatione amplius
immorandum duxi, quia etiam Rota illis ſemper plu-
rimum deculit, & nunquam eas in dubium reuocare
ſolebat, vt ipſam etatetur in Anversana beneficiorum
3. July 1606. coram Card. Sacrat. que loquitur in de-
clarationibus facit Concil. Trid. & in Nisiſen Parochialis
20. Maij 1624. coram bono mem. Vbaldo ſen. &
in Tiburina Parochialis 27. Iunij 1629. coram R. P. D.
meo Pitonano, & in Melen. Abbatie 19. Iunij 1618.
coram R. P. D. Dunozetto, que ait idem procedere in
declarationibus aliarum Congregationum.

Neenon in Monasteriis Monialium, &c.] Notatur ad 9
hoc, quod diſpositio loquuntur de Monachis habet lo-
cum in Monialibus, vt per Menoch. de arbitrio. cap. 42.
n. vlt. Zabat. in Clem. 1. q. 7. de Regul. Mandof. de ſig-
natura gratia, ſit de licentiis, verba qua vero, Natt. cap. 43.
n. 9. Dec. ref. 20. n. 1. vol. 1. Ant. Ricc. de irre perſona-
rum extra gremium Ecclesie exiſtent. lib. 8. c. 5. n. 2.

Opportuna obsequia in Monasteriis, &c.] Notatur ad 10
hoc, quod Clerici laiculares tenentur inter eis diuinis
Officiis Cathedralium, & Monachis eiusdem Eccleſia
ſe conformare, vt per Rot. apud Farin. decif. 79. n. 2. p. 1.
recent. vbi n. 3. quod Monachi Cathedralis Eccleſia
debent celebrazione officium ſecundum ritum ſue Re-
gule, & iuxta voluntatem Episcopi, ſed non poſſet
Episcopus mutare formam, quam Canonici ſemate
debet. Illud tamen certum eſt Episcopum de iure
communi, exceptis iis, quæ concernunt Regularia inſtituta,
habere omnino modum iurisdictionem in Monachis Cathedralis Regularis, c. 1. ne ſede vacante, glo-
fiſiā cap. nullus, verba. vt Episcopus, de elect. in 6. vbi An-
char. n. 3. Ioan. Andr. etiam n. 3. Franc. n. 3. & Gemini.
n. 7. Rot. apud Farin. decif. 69. n. 2. p. 1. recent.

*De Religiosis Domibus, ut Episcopo
ſint ſubiecte.*

TIT. XXXVI.

 *V*PER hanc rubr. ſcripſerunt Zabat.
Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Anch. Pa-
norm. Guillelm. Durand. in breuiario au-
reо fol. 109. verbo. Martin. Melnat. in epi-
tome Decret. fol. 138. Petr. de Rauenra in
compendio iuriſ. Canon. Dan. Venator in analyſi method.
iuriſ. Pontif. a pag. 485. Goffred. & Hoft. in ſu. m. huius
tit. Alex. Caffan. & Anafat. Germon. in paratit. ad
quinq[ue] libros Decretal. Barthol. arthagena in expoſi-
tione titulorum iuriſ. Canon. Lancel. in iſtitutu. Canon.
Zypa. in analyticā poſtem iuriſ. Eccles. exarcat. pag. 281.
Canis in ſum. iuriſ. Canon. Cafarel. in eretico eiusdem iuriſ.
noniſſi[n]e Ioan. Honor. lib. 3. ſum. in Decretal. omnes
ſub hoc tit.

SVMMA